



# M. T. Ciceronis De partitione oratoria dialogus, atque adeo compendium, quo rhetorices pracepta quae alibi pluribus tradidit, & breviter, & dilucide docet

<https://hdl.handle.net/1874/400362>

2

M· T· CICE-  
RONIS DE PARTITIONE ORA  
toria dialogus, atq; adeò compendium, quo rhe-  
torices præcepta quæ alibi pluribus tradidit, &  
breuiter, & dilucide docet: adiectis scholijs, item  
orationibus duabus artificio rhetorico illu-  
stratis à Gerardo Bucoldiano.

ORATIO M. T. Ciceronis pro rege Deio-  
taro ad Cæsarem.

ORATIO Q. Fabij Maximi apud Liuiū de  
Pu. Scipionis in Africam traiectione.

Coloniæ apud Ioannem Gymnicum  
Anno M. D. XXXL

**ADOLPHO DRYOXYOLO AGRIP-**  
pinati utriusq; iuris doctori, tū imperialiū insti-  
tutionū publico Coloniae professori hospiti suo  
Gerardus Bucoldianus S.P.D.

**C**V M omnis propemodum rhetorum  
industria circa ciuiles quæstiones, ut  
qui in foro uersabantur priscis tem-  
poribus occupata esset, atq; inde non  
præmia modo, sed & honores am-  
plissimos consequerentur, mirum tibi Adolphe  
doctissime uideri possit, cur huius seculi homi-  
nes, uel literatissimi quiq; ἐντομητέραι esse stude-  
ant, & ad hæc studia iuuentutem maxime infla-  
ment: cum præsertim nullum in foro locum rhe-  
tori relictum esse uideant. Cæterum quanquam  
ita se res habeat, & foro passim ubi regnare de-  
buit explosa sit eloquentia, hi tamen qui hæc stu-  
dia promouent imprimis mihi de iuuentute, atq;  
adeò de rebus humanis bene mœsti uidetur. Si-  
quidem non possumus non, siue simus scripturi,  
siue de aliorum scriptis iudicaturi toto errare ex-  
clo, nisi quæ quibus ex locis argumenta ducenda,  
quo quæq; ordine collocanda amplificandaq; sint  
uideamus. Quo enim pacto de aliorum scriptis  
in latina præsertim & græca linguis peregrinis  
recte iudicabimus, qui neq; collocandi rationem,  
neq; quæ quam ad sacerdotum argumēta dirigantur ui-  
deamus: qua felicitate scribemus, qui unde argu-  
menta tum ad fidem, tum ad amplificandum de-  
promantur ignoremus: tcmereq; uti quæq; pri-  
mum

mum occurrant disponamus? Nec id solum in o-  
rationibus refert: in poëtis item & historicis, qui  
in narrādo, dum aut personas aut facta ferē nūc  
laudant, nunc uituperant occupati sunt, pessime  
uersabimus: nisi & speciemus, quid præter necel-  
sariam narrationem ornatus accederit: quibus  
modis illi à fabulis, digressionibus, omnīq; προ-  
στατιών genere, hi à causis, consilijs, alijsq; circum-  
statijs amplicauerint. Quid? num uel in uernacu-  
la lingua si quid aut docendum, aut suadendum,  
aut dissuadendum sit ullo pacto animos hominū  
mouebit ducetq; harum rerum omnium rudis?  
An uero non uidemus plerosq; omnes, qui Chri-  
stum prædicandi prouinciam suscepérunt, quod  
hæc ne à limine quidem salutarunt infelicissime  
suum obire munus: dum omnia non secus atque  
cocus iura confundit permiscent: ut neq; auditor  
ordinem intellectu sequatur, neque ipsi si roges,  
quæ quem ad scopum argumenta direxerint sci-  
ant. Quæ profecto res, cum sit misera, tum in hoc  
præsertim religionis negotio, quam communis  
omnium nostrorum salutis interest animis no-  
stris quam rectissime insculpi, minime tolerabi-  
lis est. Quod si harum rerum rudes ineptiores  
uel in uernacula lingua deprehendimur, dubi-  
um cuiquam esse possit incognitis rhetorum præ-  
ceptis infelicissime nos peregrinas linguas tra-  
sturos? Cum igitur tanti referat in literis uer-  
sturos hæc rhetorum nosse præcepta, nonnullum  
me operæ pretium facturum existimauit, an-  
tequam T. Lixium prosequar, cuius secundum

A 2 bel

bellum Punicum legitimus, si hunc Ciceronis de  
partitione oratoria dialogum, adiectis simul ali  
quot orationibus typis rursum excusum iuuen-  
tuti quam maxima possem fide interprætarer.  
Adieci profecto eo cōsilio quas uides orationes,  
ut præceptorū in his quæ fusissime tradidit usus  
ut cunq; spectaretur. Porrò scripsit hunc libellum  
post omnia sua rhetorices præcepta: ut nihil pla-  
nè hic quod & breuiter, & dilucide ab eruditissi-  
mo & exercitatissimo rhetore de rhetorica scri-  
bi potuit, prætermissum uideatur. Adde, quod  
generales illos indefinitæ questio[n]is locos non  
solum hic ut alibi enumerat, sed & omnium sta-  
tuum, omnium deniq; generum causarum, quæ  
tria sunt, peculiares locos ita ob oculos ponit, ut  
quouis in genere scripturus unde argumenta du-  
cat obuios ueluti in speculo uideat. Non profe-  
cto quisquam qui dicendo & scribendo minus se  
exercuit, his de rebus recte præceperit. Quapro-  
pter nonnullorum huius seculi dementiam non  
satis demirari possum: qui cum in hac palestra  
nullum ferè suarum virium periculum unquam  
fecerunt, præcepta tamen dicendi præscribere,  
atque semotis classicis autoribus suas istas nugas  
iuuentuti proponere non dubitant. Velim equi-  
dem, si ferenda erit haec hominum temeritas, iu-  
uentutem de his nugis si forte incideret, aut re-  
ctius iudicare posse, aut dū iudiciū formabitur, in  
optimis quibusq; autoribus operam collocare.  
Equidem de his scriptoribus non secus iudico ac  
Annibal ille Poenus de Phormione philosopho

artis militaris Ephesi præceptore: quē cum suo-  
rum hospitum rogatu de officio imperatoris, at-  
que adeo de omni re militari aliquot horas co-  
piose dicentem unā Ephesi audisset, applauden-  
tibus cunctis Ephesijs, Pœnus hic, ex se ueluti mi-  
litare expertissimo querentibus quid iudicaret,  
in hanc respondit sententiam, senes se deliros ui-  
disse permultos, qui autem magis deliraret quā  
Phormio uidisse neminem. Nec profecto imme-  
rito: quī enim is de imperatoris officio recte pre-  
cipiat, qui cum hoste manus nunquam conserue-  
rit: aut is rhetorices præcepta iudicio nobis præ-  
scribat, qui se neq; dicendo neq; scribendo unquā  
ferè exercuerit. Quare si citra rhetorices cogni-  
tionem de aliorum scriptis neq; recte iudicabi-  
mus, neq; feliciter si quādo res poscat scribemus,  
& permagni referat quos nobis autores pri-  
mum proponamus, dubium cuiquam esse possit,  
hunc libellum, quem exercitatissimus ille rhetor  
filio cui ex animo bene consultum uolebat iam se  
nex præscripsit, familiarissimum nobis imprimis  
esse faciendum? Quod autem tibi hunc commen-  
do, non inde fit, quod haec tenus tibi minus cogni-  
tum fuisse putem, sed quod recta studia nunquā  
tibi satis laudari potuisse uideam: ut qui-  
bus à uitæ primordijs non modo te  
summopere delectatum, sed &  
tota ferè Europa, Ger-  
mania, Gallia, Ita-  
lia sequutū  
esse agnoscam. Vale.

A 3 QVO

QVO QVAE QVE ORDINE TRA  
dantur, & quid inter locos alibi aliter  
traditos interficit.

**C**VM Hoc libro Cicero alio planè ordine  
atq; soleat rhetorices præcepta proponat,  
& locos unde argumenta ducas tribus in  
libri partibus, in quas partitus est aliter atq; ali-  
ter tradat, nonnullum equidem operæ pretium  
fore putauit, si quo quaç; ordine doceret, quid in  
ter locos diuersis in locis diuerse traditos inter-  
esset, paucis obiter indicarem. Partitus igitur li-  
brum tres in partes, in uim oratoris, orationem,  
& questionem. In parte illa prima, quinç; rhe-  
torices partes tradit: inuentionem, collocationem,  
eloquitionem, actionem & memoriam. In secun-  
da libri parte, quatuor docet orationis partes:  
exordium, narrationem, confirmationem, cui cō-  
futationem subiicit, & perorationem. In harum  
prima exordiorum locos tradit: secunda narran-  
di præcepta: in confirmatione saltem coniectu-  
ræ, definitionis, & qualitatis locos: huc etiā adi-  
git rationem argumentandi: tum ἀτέχνα argumē-  
ta cur uocentur explicat. In peroratione postre-  
ma orationis parte rationem amplificandi, &  
præcipua quaç; argumenta repetendi docet. In  
tertia & ultima libri parte questionem tractat:  
qua in infinitam & definitam diuisa, caussarum,  
hoc est definitarum questionū genera, quæ tria  
numero sunt, unde cadant, & proprios cuiusq; lo-  
cos præceptaç; diligentissime explicat: & primū  
gene

Quid in  
prima lib.  
parte do-  
ceat.

Quid in se  
cunda.

Quid in  
tertia.

generis demonstratiui, deinde deliberatiui, postre  
mo iudicialis: quod cum tres status habeat, cōie-  
cturalem, definitiūm, & iuridicale, suos cuiusq;  
peculiares locos tam accusatori quam defensori  
accommodatos exactissime tradit. Quapropter  
imprimis hic animaduerte locos, quos principio  
libri enarravit οὐσίων hoc est indefinitarū quæstio-  
num fuisse: ex quibus ad quæc ḡna quæstionum  
argumenta sumas. Sed cū alijs generibus alijs sint  
aptiores loci, in secunda libri parte subinde Cice-  
ro explicat, quod Crassus apud eundē quia per-  
spicuum putauit omisit, coniecturæ, definitionis,  
& qualitatis locos. In hac autem postrema oīni-  
um generum caussarum proprios locos & præ-  
cepta, ut definitas quæstiones tractaturis, quas  
illi ιποθέσις uocant loci sese uel non quærentibus  
offerant: ut nihil hic plane, quod ad locos atque  
horum usum explicandū attinet desideres. Qua-  
re equidem non video, cur Rodolphus Agricola  
ante Fabium, quem id conatum esse dicit, nemini-  
nem rationem tractandi locos tradidisse scribat:  
& nescio quam aliam rationem locos traçtan-  
di in Cicerone & alijs classicis autoribus requi-  
rat: cum certe Fabius octauo libro ubi oīnia quæ  
tradidit præcepta repetit, istius loci, ubi alijs ocu-  
latior fuisset nullam plane mentionem faciat: &  
ipie Agricola qui usum locorū primus indicasset,  
nihil hercle quod ad hāc rem attinet aliud agat,  
q; ut apud autores aliquæ argumenta unde ducta  
sint ostendat: deinde unū atq; alterū exempli adse-  
rat, & p; definitiōis locos deducat. Atq; hic quanq;

id quod dialectici muneris fuit, quod est, recte  
definire, recte diuidere, tum argumentari, quam  
partem non prosequutus est, abunde satis præ-  
stiterit, & de rebus humanis, quod nemo pro-  
fecto inficias eat optime meritus sit, summos ta-  
men & exercitatissimos rhetoras temere pstrin-  
gēdos nō puto: atq; id ab illis regrendum, quod  
fortè aut p̄stiterunt, aut aliter quod nullū ope-  
ræ premium fuit, tradere noluerunt. Neq; profe-  
cto video quam hic aliam locos tractandi ra-  
tionem filio p̄scripsisset Cicero: qui pri-  
mum <sup>h̄ic et</sup> locos, unde ad quæq; gene-  
ra quæstionum argumenta sumeren-  
tur exposuit: Deinde conjecturæ,  
definitionis, qualitatis: Postre-  
mo omnium generum cau-  
sarum, ut quavis de re  
aut dicturo aut scri-  
pturo loci sese  
quasi offer-  
rent.

# MARCI

TVLLII CICERONIS DE PAR-  
titione oratoria dialogus. Cicero Filius.

**S**TVDEO MI PATER LATI-  
ne ex te audire ea, quæ mihi tu de ratio-  
ne dicendi græce tradidisti, si modo tibi  
est otium, & si uis. C. Pater. An est mi Ci-  
cero, quod ego malim, quām te quām doctissi-  
mum esse? Otium autem primum, & summum  
est, quoniam aliquando Roma excūdi potestas  
data est, deinde, ista tua studia uel maximis o-  
cupationibus meis anteferrem libenter. C. Fili-  
us. Vis ne igitur, ut tu me græce soles ordine in-  
terrogare, sic ego te uicissim eisdem de rebus la-  
tine interrogem? C. P. Sanè si placet. Sic enim &  
ego te meminisse intelligam, quæ accepisti, & tu  
ordine audies, quæ requiris. C. F. Quot in partes  
distribuenda est omnis doctrina dicendis? C. P. In  
treis. C. F. Cedò quas? C. P. Primū in ipsam uim  
oratoris, deinde in orationem, tum in quæstio-  
nē. C. F. In quo est ipsa uis? C. P. In rebus, & uer-  
bis. Sed & res, & uerba inuenienda sunt, & collo-  
canda. Proprie autem in rebus inuenire, in uer-  
bis eloqui dicitur. Collocare autem & si est com-  
mune, tamen ad inueniendum refertur. Vox, mo-

## ORATORIAE

tus, uultus, atq; omnis actio eloquendi comes est,  
earumq; omnium custos est memoria. C.F. Quid  
orationis, quot sunt partes? C.P. Quatuor, earū  
duæ ualent ad rem docendam, narratio & con-  
firmatio. Ad impellendos animos duæ, principi-  
um & peroratio. C.F. Quid quæstio? quæsnā ha-  
bet partes? C.P. infinitam, quam consultationem  
appello, & definitam, quam controversiam no-  
mino. C.F. Quoniam igitur primum est inueni-  
re oratoris, quid queret? C.P. Ut inueniat quem  
admodum fidem faciat eis, quibus uolet persua-  
dere, & quemadmodum motum eorum animis  
afferat. C.F. Quibus rebus fides sit? C.P. Argu-  
mentis, quæ ducuntur ex locis, aut in re ipsa insu-  
tis, aut aſſumptis. C.F. Quos uocas locos. C.P.  
Eos, in quibus latent argumenta. C.F. Quid est  
argumentum? C.P. Probabile inuentum ad fa-  
ciendum fidem. C.F. Quomodo igitur duo gene-  
ra ista diuidis? C.P. Quæ sine arte putantur, ea  
remota appello, ut testimonia. C.F. Quid insitas?

Loci hic s̄c̄t̄s saltē enū C.P. Quæ inhærent in ipsa re. C.F.  
merant, hoc ē indefini- Et testimoniōrum, quæ sunt gene-  
tæ quæstionis, uñ ad que- tæ genera quæstionū & ra? C.P. Diuinum & humanum. Di-  
ad omnem disputandi uinum, ut oracula, ut auspicia, ut ua-  
lsum argumēta ducas.

Sunt porro tā dialecticis quā rhetoribus usui.

Verum cum vñt̄s hoc est definita quæstio suos quasi proprios  
locos habeat, tradit hos infra secunda & tertia libelli partē exa-  
mīne. Huc adhibe Ciceronis Topica & Rodolphi Agricolæ.

## P A R T I T I O N E S.

ticinationes, & respōsa sacerdotum, aruspīcum,  
coniectorum. Humanū, quod spectatur ex auto-  
ritate, & ex uoluntate, & ex oratione aut libera,  
aut expressa, in quo insunt scripta, pacta, promis-  
sa, iurata, quæ sita. C.F. quæ sunt, quæ dicas insita.  
C.P. Quæ infixa sunt rebus ipsis, tum ex toto, tū  
ex partibus, tum ex notatione, tum ex ijs rebus,  
quæ quodāmodo affectæ sunt, ad id, de quo quæ-  
ritur. & ad id totum, de quo differit, tum defini-  
nitio adhibetur, tum partium enumeratio, tum  
notatio uerbi, ex ijs autem rebus, quæ quodāmo-  
do affectæ sunt, ad id, de quo quæritur, alia cōiu-  
gata appellantur, alia ex genere, alia ex forma,  
alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex cō-  
trario, alia ex coniunctis, alia ex antecedētibus,  
alia ex consequētibus, alia ex repugnātibus, alia  
ex caussis, alia ex affectibus, alia ex cōparatione  
majorū aut pariū, aut minorū, ut definitio, ut cō-  
trariū, ut ea, q̄ q̄si repugnātia ip̄si cōtrario, ut ei⁹  
aut similia, aut dissimilia, aut cōsentanea, aut dis-  
sentanea aut ea, q̄ sunt q̄si cōiuncta, aut ea q̄ sunt  
q̄si pugnātia inter se, aut earū rerū, de q̄bus agiē  
causæ, aut caussarū euētus. i. q̄ sunt effecta de cau-  
sis, ut distributiōes, ut ḡna partiū, ḡnū ue pres ue  
primordia rerū, & quasi p̄currentia, in q̄bus in-  
est

## ORATORIAE.

est aliquid argumenti, ut rerū contentiones, quid maius, quid par, quid minus sit, in quibus aut naturae rerum, aut facultates comparantur. C. F. Omnibus ne igitur ex his locis argumenta sumemus? C. P. Imò uero scrutabimur, & quæremus ex omnibus, sed adhibebimus iudicium, ut leuia semper reiçiamus, nonnunquam etiam communia prætermittamus, & nō necessaria. C. F. Quoniam de fide respondisti, uolo audire de motu. C. P. Loco tu quidem quæreris, sed planius quod uis explicabitur, cum ad orationis ipsius, quæstionumq; rationem uenero. C. F. Quid sequitur igitur? C. P. Cum inueniris collocare, cui<sup>o</sup> in infinita quæstione ordo est idem ferè quem ex posui lo-

**Colloca-**  
**tio secunda**  
**ps rhetor-**  
**ices.**

Indefinitæ quæstionis, corum. Indefinita autem adhibenda quæ ex complexu per-  
sonarum temporū alta-  
rumq; circumstantiarū sunt illa etiam quæ ad motus animo  
est, loci infra tradūtur, ista explicas? C. P. Habeo communia  
qui non modo ad faci-  
endā fidem ut b'is, lo-  
præcepta fidem faciendi, & commo-  
ci, sed & motus aiorum uendi. Quoniam fides est firma op-  
ualent.

nio, motus autē, animi incitatio, aut ad uolup-  
tē, aut ad molestiā, aut ad metū, aut ad cupidita-  
tem, tot enim sunt motus genera, partes plures  
generum singulorum, omnem collocationem ad  
finem accommodo quæstionis. Nam est in pro-  
posi-

## P A R T I T I O N E S.

posito finis, fides, in causa, & fides, & motus.

Quare cum de causa dixero, in qua In Topicis Cicero prō est propositum, de utroq; dixero, C. positum partē causæ dī cit, hoc est indefinitam F. Quid habes igit de causa dicere? quæstionem partem de C. P. Auditorum eam genere distin finitæ. Fab. Quintilia-  
gui. • Nam aut auscultator est mo- nus tertio ca. 2. ut species  
do, qui audit, aut disceptator, id est, genus ita πόθεν διογ  
re i, sententiaq; moderator, ita ut de complecti.  
genera. \* Vnde tria causarum

lectetur, aut statuat aliquid. Statuit autē aut de præteritis, ut iudex, aut de futuris, ut senatus, sic tria sunt genera, iudicij, deliberationis, exornationis, quæ, quia in laudationes maxime conseratur, proprium habet iam ex eo nomen. C. F. Quas res sibi proponet in istis tribus generibus orator? C. P. Delectationem in exornatione, in iudicio autem sœ uitiam, aut clementiam iudicis, insuasione autem, aut spem, aut reformatiōnē deliberatis. C. F. Cur igitur exponis hoc loco genera controvèrsiarum? C. P. Ut rationem collo-  
candi ad finem cuiusq; accommodem. C. F. Quo nam tandem modo? C. P. Quia quibus in oratio-  
nibus delectatio finis est, uarij sunt ordines col-  
locandi. Nam aut temporum seruantur gra- Colloca-  
dus, aut generum distributiōes, aut à minoribus tiones ge-  
ad maiora ascendimus, aut à maioribus ad mi- nerū cau-  
sarum.

nora

## ORATORIAE

nora dilabimur. aut hæc inæquabili uarietate di  
stinguim⁹, cū parua magnis, simplicia cōiunctis,  
obscura dilucidis, leta tristibus, incredibilia, pba  
bilibus inteximus, quæ in exornationē cadūt oīa.  
**C.F.** Quid in deliberatiōe, qd spectas? C.P. Prin  
cipia, uel non longa, uel s̄epe nulla, sunt eīm ad au  
diendū, qui deliberant sua cauſſa parati, nec mul  
tu ſane ſ̄epe narrandū eſt, eſt eīm narratio præ  
riteriarū rerū, aut præſentiū uafio, aut futurārum.  
**Quare ad fidē & ad motū adhibenda eſt oīs ora**  
**tio.** **C.F.** Quid in iudicijs, quæ eſt collocatio? C.P.  
**Non eadem accusatoris, & rei, quod accusator**  
terum ordinem proſequitur, & ſingula argumē  
tauia quaſi haſta in manu collocata uehemēter pro  
ponit, concludit acriter, conſirmat tabulis, decre  
zis, teſtimonijs, accuratusq; in ſingulis commora  
tur, perorationisq; præceptis, quæ ad incitādos  
animos ualent, & in reliqua oratione paululum  
digrediens de curſu dicendi, utitur, & uehemē  
tius in perorando, eſt enim propositum ut iratū  
efficiat iudicem. **C. F.** Quid faciendum eſt con  
tra, reo? **C.P.** Omnia longe ſecus, ſumenda prin  
cipia ad beneuolentiam conciliandam. Narra  
tiones aut amputandæ, quæ lēdunt, aut relin  
quendæ, ſi totæ ſunt moleſtæ. Firmamēta ad fidē  
poſita

## P A R T I T I O N E S.

posita, aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digressionibus obruenda, perorationes autē ad misericordiam conferendā. C.F. Sempér ne igitur ordinem collocandi, quem uolumus, tenere possumus. C.P. Non sanē, nam auditorum aures moderantur oratori prudenti, & prouido, & qd̄ respuunt immutandū est. C.F. Expone deinceps, quæ ipsius orationis uerborumq; precepta sunt.

C.P. Vnū igitur genus est eloquendi sua sponte fūsum, alterū uersum atq; mutatū. Prima uis est in simplicibus uerbis, in coniunctis secunda. Simplicia inueniēda sunt, cōiuncta collocāda sunt, & simplicia uerba partim nativa sunt, partim rep̄ta. Natiua ea quæ significata sunt sensu, Reptā, q̄ ex his facta sunt, & nouata aut similitudine, aut imitatiōe, aut inflexiōe, aut adiunctiōe uerborū, atq; etiā ē hæc distinctio in uerbis, altera natura, tractatione altera. Natura, ut sint alia cōsonātiora, grauiora, leuiora, & quodāmō nitidiora, alia contrā. Tractatione aut̄, cū aut propria sumunt terū uocabula, aut addita ad nomē, aut noua, aut prisca, aut ab oratore modificata, & inflexa qdāmō, q̄lia sunt ea, quæ transferunt, aut immutant, aut ea quibus tanq; abutimur, aut ea quæ obscura mus, quæ incredibilē tollimus, quæ ip̄ mirabilius,

Elocutio  
tertia rhe  
torices p.

quæ

## ORATORIAE

quam sermonis cōsuetudo patitur, ornamus. C.  
F. Habeo de simplicibus uerbis, nunc de coniunctione quæro. C.P. Numeri quidam sunt in coniunctione seruandi consecutioꝝ uerborū. Numeros, aures ipſe metiuntur, ne aut non compleas uerbis, quod proposueris, aut redundes. Consecutio autem ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio. Nam ut in simplicibus uerbis, quod non est latinum, sic in coniunctis, quod non est consequens, uituperandum est. Communia autem simplicium, coniunctionumꝝ sunt hæc quinque quasi lumina, dilucidum, breue, probabile, illustre, suave. Dilucidum fit usitatis uerbis, proprijs, dispositis, aut circumscriptione conclusa, aut intermissione, aut concisione uerborum. Obscurum autem aut longitudine, aut contractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione, atq; immutatiōe uerborum. Breuitas autem conficitur simplicibus uerbis, semel unaquaq; re dicenda, nulli rei nisi ut dilucide diccas, seruiendo. Probabile autem genus est orationis, si non nimis est comptum, atq; expositum, si est autoritas, & pondus in uerbis, si sententiae uel graues uel ap̄r̄ opinionibus hominum, & moribus. Illustris autem oratio est, si & uerba grauita

## P A R T I T I O N E S.

grauitate delecta ponuntur, ac translata, & superlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata, & idem significantia, atq; ab ipsa actione, atq; imitatione rerū non abhorrentia. Est enim hēc pars orationis, quæ rem constitutat penē ante oculos, is enim maxime sensus attingitur, sed cæteri tam, & maxime mens ipsa moueri potest. Sed quæ dicta sunt de oratione dilucida, cadunt in hanc illustrem omnia, est enim plus aliquanto il lustre, q; illud dilucidū. altero fit, ut intelligamus, altero uero, ut uidere videamur. Suaue autem genus erit dicendi, primum elegantia & iucunditate uerborum sonantiū & lenium, deinde coniunctione, quæ neque asperos habeat concursus, neq; disiunctos atq; hiantes, & sit circumscripta non longo anfractu, sed ad spiritum uocis apto, habeatq; similitudinem & equalitatemq; uerborum, tum ex contrarijs sumpta uerbis crebra crebris, paria paribus respondeant, relataq; ad idē uerbum, & geminata, atq; duplicata, uel etiam sepius iterata ponantur, constructioq; uerborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutiōnibus relaxetur. Fit etiam suavis oratio, cum ali⁹ quid aut inuisum, aut inauditum, aut nouum dicas. Delectat enim quicquid est admirabile, ma-

## ORATORIAE

Ximeq; mouet ea , quæ motum aliquem animi miscet, oratio, quæq; significat oratoris ipsius amabiles mores, qui exprimuntur aut significando iudicio ipsius ex animo humano , ac liberali, aut inflexione sermonis , cum aut augendi alterius, aut minuendi sui caussa, alia dici ab oratore, alia existimari uidentur , idq; comitate fieri magis, quam nativitate. Sed multa sunt suauitatis præcepta, quæ orationem aut magis obscuram, aut minus probabilem faciunt. Itaq; etiam hoc loco nobis est ipsis, quid caussa postulet, iudicandum. C.F. Reliquum est igitur, ut dicas de cōuersa oratione, atq; mutata. C.P. Est itaq; id genu totum situm in commutatione uerborū, quæ simplicibus in uerbis ita tractatur, ut aut ex uerbo dilatetur, aut in uerbum contrahatur oratio. Ex uerbo, cum aut proprium , aut idem significans, aut factum uerbum in plura uerba deducitur. Ex oratione, cum aut definitio ad unum uerbum reuocatur, aut assumpta uerba remouentur, aut in circuitus diriguntur, aut in coniunctio ne fit unum uerbum ex duobus. In coniunctis autem uerbis triplex adhiberi potest commutatio, non uerborum, sed ordinis tantummodo, ut cum semel dictū sit directe , sicut natura ipsa tulerit, inueni

## P A R T I T I O N E S.

inuertatur ordo, & idem quasi sursum uersus, recte dicatur, deinde idem intercise, atque permisste. Eloquendi autem exercitatio maxime in hoc toto conuertendi genere uersatur. C.F. Actio igitur sequitur, ut opinor. C.P. Est ita, quæ quidem oratori & cum rerum, & cum uerborum momē ces, commutanda maxime est. Facit enim & dilucidam orationem, & illustrem, & probabilem, & suauem, non uerbis, sed uarietate uocum, motu corporis, uultu, quæ plurimum ualebunt, si cum orationis genere consentiēt, eiusq; uim, ac uarietatem subiequentur. C.F. Nunquid iam de oratione ipso restat? C.P. Nihil sane præter memoriā, quæ est gemma literaturæ quodammodo & in dissimili genere persimilis. Nam ut illa constat, ex notis literarum, & ex eo, in quo imprimuntur illæ notæ, sic confectio memorie tanquam circa locis uititur, & in his imagines, ut literas collat. C.F. Quoniā igitur uis oratoris omnis exposita est, quid habes de oratiōis præceptis dicere? C.P. Quatuor esse eius partes, quarum prima, & postrema ad motum animi ualeat, is enim initij est, & perorationibus concitandus. Secunda narratio, & tertia confirmatio fidem facit orationi. Sed amplificatio quanquam habet proprium lo-

Actio  
quarta pars  
rhetorici  
ces

Quinta &  
ultima  
rhetorici  
ces pars.

Secundadis  
logi pars  
de oratione,  
cuius qua  
tuor ptes,  
exordiū,  
narratio,  
cōfirma  
tio & pera  
oratio.

B : cum

## ORATORIAE

eum, s<sup>æ</sup>pe etiam primum, postremum quidem se  
r<sup>et</sup>emper, tamen reliquo in cursu orationis ad-  
hibenda est, maximeq<sup>ue</sup> cum aliquid aut confir-  
matum est, aut reprehensum. Itaq<sup>ue</sup> ad fid<sup>e</sup> quoq<sup>ue</sup>  
uel plurimum ualet. Est enim amplificatio uehe-  
mens quædam argumentatio, ut illa docēdi caus-  
sa sit, hæc commouendi. C. F. Perge igitur ordi-  
ne quatuor mihi istas partes explicare. C. P. Fa-  
ciam, & à principijs primum ordiar. Quæ quidē  
ducuntur, aut ex personis, aut ex rebus ipsis. Su-  
muntur autem trium rerum gratia, ut amice, ut  
intelligenter, ux attente audiamur. Quorum pri-  
mus locus est in personis, nostris, disceptatorum,  
aduersariorum, è quibus initia benevolentiae cō-  
ciliandæ comparantur, aut meritis nostris, aut  
dignitate, aut aliquo genere uirtutis, & maxime  
liberalitatis, officij, iustitiae, fidei, contrarij<sup>c</sup> re-  
bus in aduersarios conferendis, & cum ijs, qui di-  
sceptant aliqua coniunctionis aut causa, aut spe  
significanda, & si in nos aliquod odium, offen-  
siō ue collata sit, tollenda ea, minuenda ue, aut di-  
luendo, aut extenuando, aut compensando, aut  
deprecando. Intelligenter autem ut audiamur,  
& attente, à rebus ipsis ordinandum est. Sed facil-  
lime auditor discit, & quid agatur intelligit, si cō-  
plecta

Loci exor-  
diorum.

## P A R T I T I O N E S.

plectare à principio genus, naturamq; caussæ si definias, si diuidas, si neq; prudentiam eius impe-  
dias confusione partium, nec memoriam multi-  
tudine, quæq; mox de narratione dilucida dicen-  
tur, eadem etiam huc poterunt recte referri. Ut  
attente autem audiamur, trium rerum aliqua cō-  
sequemur. Nam aut magna quædam propone-  
mus, aut necessaria, aut coniuncta cū ipsis, apud  
quos res agetur. Sit autem hoc etiam in præce-  
ptis, ut si quando tempus ipsum, aut res, aut lo-  
cus, aut interuentus alicuius, aut interpellatio,  
aut ab aduersario dictum aliquod, & maxime in  
perorando dederit occasionem nobis aliquam,  
ut dicamus aliquid ad tempus apte, ne derelin-  
quamus, & quæ suo loco de amplificatione dice-  
mus, multa ex his poterunt ad principiorū præ-  
cepta transferri. C.F. Quid in narratione? quæ  
tandem conseruanda sunt? C.P. Quoniam narra-  
tio est rerum explicatio, & quædam quasi sedes, Narratio  
secunda p.  
ofonis, &  
ac fundamentum constituendæ fidei, ea sunt in eius præ-  
cepta.  
ea seruanda maxime, quæ etiam in reliquis ferè  
dicēdi partibus, quæ partim sunt necessaria, par-  
tim sunt assumpta ad ornandum. Nam ut diluci-  
de, probabiliterq; narremus, necessarium est, sed  
assumimus etiam suavitatem, ergo ad dilucide

B , narrā

## ORATORIAE.

narrandum eadem illa superiora explicandi, & illustrandi præcepta repetemus, in quibus est breuitas, eaq; sæpissime in narratione laudatur, de qua supra dictum est. Probabilis autem erit, si personis, si temporibus, si locis ea, quæ narrabuntur, consentient, si cuiusq; facti, & euerti caussa ponetur, si testata dici uidebuntur, si cum hominū opinione, autoritate, si cum lege, cum more, cū religione coniuncta, si probitas narrantis significabitur, si antiquitas, si memoria, si orationis ueritas, & uitæ fides. Sua vis autem narratio est, quæ habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, si interpositos motus animorū, colloquia personarum, dolores, iracundias, metus, lætitias, cupiditates. sed iam ad reliqua pergamus. C. F.

Confirmatio tertia pars orationis. Nempe ea sequuntur, quæ ad faciendam fidem pertinent. C. P. Ita est, quæ quidem in confirmationem, & in reprehensionem diuiduntur. Nam in confirmando, nostra probare uolumus, in reprehendendo redarguere contraria. Quoniam igitur omne, quod in controversiam uenit, id aut sit, nec ne sit, aut quid sit, aut quale sit quæritur.

\*Omniū hīc statuū pecu liares loci explicant, & primū conjecturæ, quæ definitio, in tertio ratio. C. F. Tenco quanq; & suos inter suos inter istam distributionē. \*Nūc cōiecturæ periores indefinitæ quæstiōis locos habeat, difficult locos tā in nisi in hunc modū excutiant argumēta duxeris.

## P A R T I T I O N E S.

Iocos quæro.C.P.In uerisimilibus, & in proprijs rerum notis posita est tota. Sed appellemus descendit gratia uerisimile, quod plerunq; ita fiat, ut adolescentiam procliviorē esse ad libidinē. Propriæ autem notæ argumentum, quod nunq; aliter sit, certumq; declarat, ut fumus ignem. Verisimilia reperiuntur ex partibus, & quasi membris narrationis. ea sunt in personis, in locis, in temporibus, in factis, in euentis, in rerum ipsarum, negotiorumq; naturis. In personis, naturæ primū spectantur, ualitudinis, figuræ, uiriū, ætatis, marium, foeminarum, atq; hæc quidē in corpore. Animi autem aut quæadmodum affecti sunt, uitritibus, uitijs, artibus, inertij, aut quemadmodū commoti, cupiditate, metu, uoluprate, molestia, atq; hæc quidē in natura spectantur. In fortuna, genus, amicitiæ, liberi, propinqui, affines, opes, honores, potestates, diuitiæ, libertas, & ea, quæ sunt ijs cōtraria. In locis autem & illa naturalia maritimj, an remoti à mari, plani, an montuosi, leues, an asperi, salubres, an pestilentes, opaci, an aprici, & illa fortuita, culti, an inculti, celebres, an deserti, coedificati, an uasti, obscuri, an rerum gestarum uestigijs nobilitati, consecrati, an profani. In temporibus autem præsentia & præterita

## ORATORIAE

rita, & futura cernuntur. In his ipsis, uetus, recentia, instantia paulopost, aut aliquando futura. Insunt etiam in temporibus illa, quæ temporis quasi naturam notant, ut hyems, uer, aestas, autumnus, aut anni tempora, ut mensis, ut dies, ut nox, hora, tempestas, quæ sunt naturalia. Fertuia autem sacrificia, festi dies, nuptiæ. Iam facta, & cunctus, aut consiliij sunt, aut imprudentiæ, quæ est aut in casu, aut in quadam animi permissione. Casu cum aliter accidit, ac putatū sit. Per motione, cum aut obliuio, aut error, aut metus, aut aliqua cupiditatis causa permouit. Est etiā in imprudentia necessitas ponenda. Rerum autem bonarum, & malarum tria sunt genera. Nā aut in animis, aut in corporibus, aut extra esse possunt. Huius igitur materiæ ad argumentum subiectæ perlustrandæ animo partes erunt oēs, & ad id, quod agetur, ex singulis conjectura capienda. Est etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti uestigijs sumitur, ut telum, crux, clamor editus, titubatio, permutatio coloris, oratio inconstans, tremor, & eorum aliquid, quod sensu percipi possit, etiā si præparatum aliquid, si communicatum cum aliquo, si postea uisum, auditum, indicatum. Verisimilia autem partim singula

## P A R T I T I O N E S.

singula mouent suo pondere, partim etiam, si uidentur esse exigua per se, multum tamen, cū sunt coaceruata, proficiūt. Atque in his uerisimilibus insunt nonnunquam etiam certæ rerum, & propriæ notæ, maximam autem facit fidem ad similitudinem ueri, primū exemplum, deinde introducta rei similitudo, fabula etiam nonnunquam, & si sit incredibilis, tamen homines commouet.

C.F. Quid definitionis? quæ ratio est, & quæ uia? Loci defini-

C.P. Non dubium est id quidem, quin definitio genere declaretur, & proprietate quadā, aut etiā communium frequētia, ex quibus proprium qd sit eluceat. Sed quoniam de proprijs oritur plurimæ magna dissentio, definiendum est sæpe ex contrarijs, sæpe etiam ex dissimilibus, sæpe ex partibus. Quamobrem descriptiones quoque sunt, in hoc genere sæpe aptæ, & enumeratio consequentium, in primisq; commouet explicatio uocabuli, ac nominis. C. F. Sunt exposita iam sc̄re ea, quæ de facto, quæcū de facti appellatiōe quæruntur. Nempe igitur ea restant, quæ, cum factū constet, & nomen, qualia sint, uocatur in dubiū.

C.P. Est ita, ut dicas. C. F. Quæ sunt igitur in eo

genere partes? C.P. Aut iure factum depellitur, aut ulciscendi doloris gratia, aut pietatis, aut pu-

Loci statu

qualitatib.

## ORATORIAE

dicitur, aut religionis, aut patriæ nomine, aut de  
nigra necessitate, inscitia, casu. Nam quæ motu ani-  
mi, & perturbatione facta sine ratione sunt, ea  
defensionem contra crimen, in legitimis iudicij  
non habet, in liberis disceptatiōibus habere pos-  
sunt. hoc in genere, in quo quale sit queritur, ex  
controversia, iure, & recte ne actum sit queri so-  
let, quorum disputatio ex locorum descriptione  
sumenda est. C.F. Age de istis ergo, quoniam in  
cōfirmationem, & reprehēsionem diuiseras ora-  
tionis fidem, & dictum de altero est, expone nūc  
de reprehēndendo. C.P. Aut totum est negandū,  
quod in argumentatione aduersarius sumpserit,  
si fictum aut falsum esse possis dicere, aut redar-  
guenda ea, quæ pro uerisimilibus sumpta sunt.  
Primū dubia sumpta esse pro certis. deinde etiā  
in perspicue falsis eadem posse dici, tum ex ijs,  
quæ sumpserint, non effici, quæ uelint. Accedere  
autem oportet ad singula, sic uniuersa frangen-  
tur. Commemoranda sunt etiam exempla, qui-  
bus simili in disputatione creditum non sit, con-  
querenda cōditio communis periculi, si ingenij  
hominum criminorum sit exposita uita inno-  
centiū. C.F. Quoniā unde inueniuntur, quæ ad fi-  
cē pertinent, habeo, quemadmodū in dicēdo sin-  
gula

## P A R T I T I O N E S.

gula tractentur expecto. C.P. Argumentationē  
quærere uideris , quæ est argumenti explicatio,  
quæ sumpta ex ijs locis, qui sunt expositi cōficiē-  
da, & distinguenda dilucide est. C. F. Plane istuc  
ipsum desydero. C.P. Est ergo(ut supra dictū ē) Quæ rō ar  
explicatio argumenti argumētatio, sed ea confi-  
citur, cū sumpteris aut nō dubia , aut probabilia,  
ex quibus id efficias, qd aut dubiū, aut minus pro-  
babile per se uidetur. Argumentandi autem duo  
sunt genera, quarum alterū ad fidē directo spe-  
ctat. Alterū se inflectit ad motum. Dirigitur cum  
proposuit aliquid quod probaret, sumpsitq; ea,  
quibus uteretur, atq; his confirmatis , ad propo-  
situm sese retulit, atq; conclusit. Illa autem alte-  
ra argumentatio, quasi retro, & contra prius su-  
mit, quæ uult, eaq; cōfirmat. deinde id, quod pro-  
ponēdum fuit , permotis animis iacit ad extre-  
mum. Est autem illa uarietas in argumentando,  
& non iniucunda distinctio, ut cū interrogamus  
nosmetiplos, aut percūtamur , aut imperamus,  
aut optamus, quæ sunt cum alijs compluribus sen-  
tentiarum ornamenta. Vitare autem similitudi-  
nem poterimus non semper à proposito ordien-  
tes, & si non omnia confirmando disputabimus,  
breuiterq; interdum, quæ erunt satis a perta, po-  
nemus

## ORATORIAE

nemus. quodq; ex his efficietur, si id apertum sit,  
non habebimus necesse semper concludere. C.F.  
Quid illa, quæ sine arte appellantur, quæ iamdu  
m̄. <sup>ar</sup> dum assumpta dixisti, hæc quonam modo, quo-  
gumenta nam loco artis indigent? C.P. Illa uero indiget,  
cur uocen- & nec eo dicuntur sine arte, quod ita sunt, sed qd  
tur, & quo ea non parit oratoris ars, sed foris ad se delata,  
pacto utē- tamen arte tractat & maxime in testibus. Nam  
dum de toto genere testium, quām id sit infirmum, s̄e  
pe dicendum est, & argumenta rerum esse pro-  
pria, testimonia autem uolūtatum. utēdumq; est  
exemplis, quibus testibus creditum non sit, & de  
singulis testibus, si natura uani, si leues, si cū igno-  
minia, si spe, si metu, si iracundia, si mīlericordia  
impulsi, si præmio, si gratia adducti, comparan-  
diq; superiore cum autoritate testium quibus ta-  
men creditum non sit. Sæpe etiam quæstionibus  
resistendum est. quod & dolorem fugientes mul-  
ti in tormentis clementi persæpe sunt, mori; ma-  
luerunt falsum fatendo, quām inficiando, dolere.  
multi etiam suam uitam neglexerunt, ut eos qui  
hinc cariores, quām ipsi sibi essent, liberarent. Alij  
autem aut natura corporis, aut consuetudine do-  
lendi, aut metu supplicij, aut mortis uim tormentorum  
pertulerunt. Alij emētiti sunt in eos, quos  
oderat.

## P A R T I T I O N E S.

uderant. atq; hæc exemplis firmando sunt. Neq; est obscurum, quin, quoniam in utraq; parte sunt exempla, & item ad coniecturam faciendam loci, in contrarijs contraria sint sumenda. atq; etiā incurrit alia quædam in testibus, & in quæstionib; bus ratio. Sèpe enim ea, quæ dicta sunt, si aut ambigue, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt, aut etiam aliter ab alio dicta, subtiliter reprehenduntur. C.F. Extrema tibi pars restat orationis, quæ posita in perorando est, de qua sane uelim audire. C.P. Facilius est explicatio perorationis. Nam est diuisa in duas partes, amplificationem & enumerationem. Augendi autem & hic est proprius locus in perorando, & in cursu ipso orationis declinatiōes ad amplificandū dan tur confirmata re aliqua, aut comprehensa. Est igitur amplificatio grauior quædā affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. ea & uerborum genere conficitur, & rerum uerba ponenda sunt, quæ uim habeant illustrandi, nec ab usu sint abhorretia, grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non uulgata, superlata, in primisq; translata, nec in singulis uerbis, sed in continentibus soluta, quæ dicuntur sine cōunctione, ut plura uideantur. Augent etiam relata

Peroratiō  
qua roēm  
amplificā-  
di, & capī  
ta rerum  
repetendū  
docet.

## ORATORIAE

Iata uerba, iterata, duplicata, & ea quæ ascendunt  
gradatim ab humilioribus uerbis ad superiora.  
omninoq; semper quasi naturalis, & non expla-  
nata oratio, sed grauibus referta uerbis, ad au-  
gendum accommodator, hæc igitur in uerbis, qui-  
bus actio uocis, uultus & gestus cōgruēs, & apta  
ad animos permouendos accommodata est. Sed  
& in uerbis, & in actione caussa erit tenenda, &  
pro re agenda. Nam hæc quia uidentur perab-  
surga, cum grauiora sunt, quam caussa, diligen-  
ter ferē, quid quenq; deceat iudicandum est. Re-  
rum amplificatio sumitur eisdem locis omnibus,  
quibus illa, quæ dicta sunt ad fidem, maximeq;  
definitiones ualent congregatae, & consequen-  
tiū frequentatio, & cōtrariarum, & dissimilium,  
& inter se pugnantium rerum conflictio, & caus-  
æ, & ea quæ sunt de caassis orta, maximeq; simi-  
litudines, & exempla, siestæ etiam personæ muta-  
deniq; loquantur, omninoq; ea sunt adhibenda,  
si caussa patitur, quæ magna habentur, quorum  
est duplex genus. Alia enim magna natura ui-  
dentur, alia usu. Natura, ut cælestia, ut diuina, ut  
ea, quorum obscuræ caussæ, ut in terris, mundoq;  
admirabilia quæ sunt, ex quibus, similibusq;, si at-  
tendas ad augendum, permulta suppetent. Vix,  
quæ

## P A R T I T I O N E S.

quæ uidentur hominibus aut prodesse, aut obes-  
se uelementius, quorum sunt genera ad ampli-  
ficandum tria. Nam aut charitate mouentur ho-  
mines, ut deorum, ut patris, ut parentū, aut amo-  
re, ut fratrum, ut coniugum, ut liberorum, ut fa-  
miliarum, aut honestate, ut virtutū, maximeq;  
carum, quæ ad communionem hominum, & libe-  
ralitatem ualent. Ex ijs & cohortationes sumun-  
tur ad ea retinenda, & in eos à quibus ea uiolata  
sunt, odia incitantur, & miseratio nascitur. Pro-  
prius locus augendi in ijs rebus aut amissis, aut  
amittendi periculo. Nihil est enim tam miserabi-  
le, quam ex beato miser. & hoc totum quidem  
moueat, si bona ex fortuna quis cadat, & à quo-  
rum charitate diuellatur, quæ amittat aut amise-  
tit, in quibus malis sit, futurusue sit exprimatur  
breuiter. Cito enim exarescit lachryma, præser-  
tim in alienis malis. Nec quicquam in amplifica-  
tione nimis enucleandum est, minuta est enim  
omnis diligentia, hic autem locus grandia re-  
quirit. Illud iam est iudicij, quo quaque in caus-  
a genere utamur agendi. In illis enim cauſis, Quo q̄bū  
quæ ad delectationem exornantur, h̄ loci tra-  
ctādi sunt, qui mouere possunt expectationem,  
admirationem, uoluptatem. In cohortationibus  
in cauſis  
amplificē  
di genere  
utendum  
autem

## ORATORIAE

autem bonorum, ac malorum enumerationes, & exempla ualent plurimum. In iudicijs, accusatori ferè, quæ ad iracundiam, reo plerumq; quæ ad misericordiam pertinent. Nonnunquam tamen accusator misericordiam mouere debet, & defensor iracundiam. Enumeratio reliqua est, nonnunquam laudatori, suasori non sepe, accusatori sepius, quam reo necessaria. Huius ipsa tempora duo sunt. si aut memoriac dissidas eorum, apud quos agas, uel interuallo temporis, uel longitudo orationis, aut frequentatis firmamentis orationis, & breuiter expositis uim est habitura causa maiorem. Et reo rarius utendum est, quod ponenda sunt contraria, quorum dissolutio in breuitate latebit, aculei pungent. Sed erit in enumeratione uitandum, ne ostentatio memoriae susceppta, uideatur esse puerilis. Id effugiet, qui non omnia minima repetet, sed brevia singula attinens, pondera rerū ipsa comprehendet. C. F. Quo-

Cum diuisisset dialogū niam & de ipso oratore, & de oratione tres ptes, in uim oratione dixisti, expone cum mihi nūc, questionē, expositis duabus quem ex tribus extremum proponde tertia & ultima pte suisti quæstionis locū. C. P. Duo sunt, quæ in indefinitā & definiūtā diuidit. Huc adhuc oratorem & Topica, item Fabiū. & per

## P A R T I T I O N E S.

& personis controversiam caussam appello. alterum infinitum, nullis neq; personis, neq; temporibus notatum, propositum uoco. Sed est consultatione quasi pars caussæ quædam, & cōtrouersiæ. inest enim infinitum in definito, & ad illud tñ referuntur omnia. Quamobrem prius de propositione dicamus, cuius genera sunt duo. Cognitionis alterum, eius scientia est finis, ut uerine sint sensus. alterum actionis quod refertur ad efficiendum quid, ut si queratur, quibus officijs amicitia colenda sit. Rursus superioris genera sunt tria. Sit nec ne. quid sit. quale sit. Sit nec ne, ut ius in natura sit, an in more. Quid autem sit, sit ne ius id, quod maiori parti sit utile. Quale autem sit, iuste uiuere sit nec ne utile. Actionis autem duo sunt genera. Vnum ad persequendum aliquid, aut declinandum, ut quibus rebus adipisci gloriā possis, aut quomodo inuidia uitetur. Alterum, quod ad aliquod commodum, usumq; refertur, ut quem admodum sit respub. administranda, aut quem admodum in paupertate uiuendum. Rursus autem ex cognitionis consultatione, ubi sit, nec ne sit, aut fuerit, futurūmue sit queritur, unum genus est quæstionis, possit ne aliquid effici, ut cum queritur ecquisnam perfecte sapiens esse possit.

C Alte

## ORATORIAE

Alterum, quemadmodum quicq; fiat, ut quonam  
paecto uirtus pariatur, naturane, an ratione, an  
usu. Cuius generis sunt omes, in quibus ut in ob-  
scuris, naturalibusq; quæstionibus caussæ, ratio-  
nesq; rerum explicantur. Illius autem generis,  
in quo quid sit id, de quo agitur, quæritur, duo  
sunt genera, quorum in altero disputandum est,  
aliud an idem sit, ut pertinacia, & perseveran-  
tia. In altero autem descriptio generis alicuius,  
& quasi imago exprimeda est, ut qualis sit au-  
rus, aut quid sit superbia. Tertio autem in gene-  
re, in quo quale sit quæriri, aut de honestate, aut  
de utilitate, aut de æquitate dicendum est. De ho-  
nestate sic, ut honestumne sit pro amico pericu-  
lum, aut inuidiam subire. De utilitate autem sic,  
ut sit ne utile in repub. administrada uersari. De  
æquitate uero sic, ut sit ne æquum amicos cognos-  
tis anteferre. Atq; in hoc eodem genere, in quo  
quale sit quæritur, exoritur aliud quoddam di-  
sputandi genus. Non enim simpliciter solum que-  
ritur, quid honestum sit, quid utile, quid æquum,  
sed etiam ex comparatione, quid honestius, quid  
utilius, quid æquius, atque etiam quid honestis-  
simum, quid utilissimum, quid æquissimum, cu-  
ius generis illa sunt, quæ præstantissima sit di-  
digni

## P A R T I T I O N E S.

dignitas uitæ, atque ea quidem, quæ dixi, cognitionis sunt omnia. Restant actionis, cuius alterum est præcipiēdi genus, quod ad rationē officij pertinet, ut quemadmodum colendi sint parentes, alterum autem ad sedandos animos, & oratione sanandos, ut in consolandis mœroribus, ut in iracundia comprimenda, aut in timore tollendo, aut in cupiditate minuenda, cui quidem generi contrarium est disputandi genus ad eosdem illos animi motus, quod in amplificanda oratione saepe faciendum est, uel gignendos, uel concitandos. Atque ferè hæc est partitio consultationum. C.F. Cognoui, sed quæ ratio est in his inueniendi, & disponendi requiro. C.P. Quid tu alijs censes, & non eandem esse, quæ est exposita, ut ex eisdem locis ad fidem, & ad inueniendum ducantur omnia? Collocandi autem quæ est exposita in alijs ratio eadem huc transfertur. Cognita igitur omni distributione propositarum consultationum, controversiarum, cauſatarum genera restant omnino. Et earum quidem forma duplex est, quorum altera dele- Vnde tris  
cauſatarum  
genera, stationem sectatur aurium, alterius ut obtineat, probet & efficiat, quod agit, omnis est suscep- tiva contentio. Itaque illud superius exornatio

C a dici

## ORATORIAE

dicitur, quod cum latū genus esse potest, sanc̄q; uarium, unum ex eo delegimus, quod ad laudan-  
dos claros uiros suscepim̄us, & ad improbos ui-  
tuperandos. Genus enim nullum est orationis,  
quod aut uberior ad dicendum, aut utilius ciui-  
tatis esse pos̄it, aut in quo magis orator in co-  
gnitione uirtutum, uitiorumq; ueretur. Reli-  
quum autem genus cauſarum, aut in prouisio-  
ne posteri temporis, aut in præteriti disceptatio-  
ne uerſatur, quorum alterum deliberationis est,  
alterū iudicij. Ex qua partitioē tria genera cauſ-  
arum extiterunt. Vnum, quod à meliori parte  
laudationis est appellatum, deliberationis alte-  
rum, tertium iudiciorum. quamobrem de primo  
primū, si placet disputemus. C. F. M. ihi uero pla-  
cet. C. P. Ac laudandi, uituperādīg; rationes que-  
tiui & pre-  
cepta.

ste uiuendum ualent, exponam breuiter, atque à  
principijs exordiar & laudandi, & uituperandi.  
Omnia enim sunt profecto laudanda quæ con-  
iuncta cum uirtute sunt, & quæ cum uitijis uitu-  
peranda. Quamobrem finis alterius est hone-  
stas, alterius turpitudo. Conficitur autem genus  
hoc dictioñis, narrandi, exponēdisq; factis, sine  
ullis argumentationibus ad animi motus leni-  
ter

Loci ḡnis  
demōstra  
tiui & pre-  
cepta.

## P A R T I T I O N E S.

ter tractandos magis, quam ad fidem faciendo,  
aut confirmandam accommodatur. Non enim  
dubia firmantur, sed ea, quae certa, aut pro certis  
posita sunt augmentur. Quamobrem ex ijs, quae  
ante dicta sunt, & narrandi, & augendi præce-  
pta repetentur. Et quoniam in his caussis omnis  
ratio ferè ad uoluptatem auditoris, & ad dele-  
ctionem refertur, utendum erit his in oratio-  
ne singulorum uerborum insignibus, quae ha-  
bent plurimum suavitatis, id est, ut factis uerbis,  
aut uetustis, aut translatiſ frequenter utamur,  
& in ipsa constructione uerborū, ut paria pari-  
bus, & similia similibus ſæpe referantur, ut con-  
traria, ut geminata, ut circumscripta numeroſe  
non ad ſimilitudinem uersuum, ſed ad explen-  
dum aurium ſenſum, apto quaſi quodam uerbo-  
rum modo. Adhibendaq; frequentius etiam illa  
ornamenta rerum ſunt, ſiue quae mirabilia, nec  
opinata, ſiue ſignificata monſtris, prodigijs, ora-  
culis, ſiue quae uidebuntur ei, de quo agimus, ac-  
cidiffe diuina, atq; fatalia. omnis enim expecta-  
tio eius, qui audit, & admiratio, & improuifi exi-  
tus habent aliquam in audiendo uoluptatē. Sed  
quoniam in tribus generibus bona, malāue uer-  
ſantur, externis, corporis, & animi. prima ſunt

C , exter

## ORATORIAE

externa, quæ ducuntur à genere, quo breviter,  
modiceq; laudato, aut si erit infame prætermis-  
so, si humile uel præterito, uel ad augēdam eius,  
**\* tacito** quem laudas, gloriam & tacto, deinceps, si res  
aptiat, de fortunis erit, & facultatibus dicēdum,  
postea de corporis bonis, in quibus quidem, quæ  
virtutem maxime significat, facillime forma lau-  
datur. Deinde est ad facta ueniendum, quorum  
collocatio triplex est, aut enim temporum ser-  
uandus est ordo, aut in primis recentissimū qdç  
dicendum, aut multa, & uaria facta in propria  
virtutum genera sunt dirigēda. Sed hic locus uir-  
tutum, atq; uitiorum latissime patens. ex multis,  
& uarijs disputationibus nunc in quandam an-  
gustam, & breuem cōcludetur. Est igitur uis uir-  
tutis duplex. aut em̄ scientia cernitur uirtus, aut  
actione. Nam quæ prudētia, quæ calliditas, quæq;  
grauissimo nomine sapientia appellatur, hæc sci-  
entia pollet una. quæ uero moderandis cupid-  
itatibus, regendisq; animi motibus laudatur,  
eius est munus in agendo, cui temperantiae no-  
men est. Atq; illa prudentia in suis rebus dome-  
stica, in publicis civilis appellari solet. Temperā-  
tia autem in suas it idem res, & in communes di-  
stributa est, duobusq; modis in rebus commodis  
discer

## P A R T I T I O N E S.

discernitur. & ea, quæ absunt, non expetendo, &  
ab ijs, quæ in potestate sunt, abstinēdo. In rebus  
autem incommodis est itidem duplex. Nam quæ  
uenientibus malis obstar fortitudo, quæ quod iā  
adest, tolerat, & perfert, patiētia nominat. Quæ  
autem hæc uno genere cōplectitur, magnitudo  
animi dicitur, cuius est liberalitas in usu pecunie,  
simulq; altitudo animi in capiēdis incommodis,  
& maxime iniurijs, & omne, qđ est eius generis,  
graue, insedatum, & turbulentum. In commune  
aut quæ posita pars est, iustitia dicitur, eaq; erga  
deos religio, erga parentes pietas, vulgo aut bo-  
nitas, creditis in rebus fides, in moderatione ani-  
madiuertendi lenitas, amicitia in benevolentia  
nominatur. Atq; hæc quidē uirtutes cernuntur in  
agendo. Sunt aut aliae quasi ministræ, comitesq;  
sapientiæ, quarum altera, quæ sint in disputando  
uera, atq; falsa, quibusq; positis, quid sequatur, di-  
stinguit, & iudicat, quæ uirtus omnis in ratione,  
scientiaq; disputādi sita est. altera aut oratoria,  
nihil enim est aliud eloquentia, nisi copiose lo-  
quens sapientia, quæ ex eodem hausta genere,  
quo illa, quæ in disputādo, uberior est, atq; latior,  
& ad motus animorum, vulgiq; sensus accommo-  
dator. Custos vero uirtutum omniū de decus fu-

C + giens

## ORATORIAE

giens laudemq; maxime consequens uerecundia est, atq; hi sunt quidem ferè quasi quidam habitus animi sic affecti, & constituti, ut sint singuli inter se proprio uirtutis genere distincti, à quibus, ut quæq; res gesta est, ita sit, honesta necesse est, summeq; laudabilis. Sunt autem alij quidam perfecti animi habitus ad uirtutem, quasi præculti, & præparati rectis studijs, & artibus, ut in suis rebus, studia literarū, ut numerorum, ac sonorum, ut mensuræ, ut syderum, ut equorum, ut uenandi, ut armorum. In communib; propensiora studia in aliquo genere uirtutis colendo, aut diuinis rebus deseruiendo, aut parentibus, amicis, hospitibus, præcipue, atq; insigniter diligendis, atque hæc quidem uirtutum, uitiorum autem sunt genera contraria. Cernenda autem sunt diligenter, ne fallant ea nos uitia, quæ uirtutem uidentur imitari. Nam & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in uoluptatibus aspernendis, & magnitudinem animi superbia in animis extollendis, & despicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis, & iustitiam acerbitas, & religionem supersticio, & lenitatem nollitia animi, & uere

## P A R T I T I O N E S.

& uerecundiam timiditas, & illam disputandi prudentiam concertatio, captatioꝝ uerborum, & hanc oratoriam uim inanis quædam profluenta loquendi. Studijs autem bonis similia uidentur ea, quæ sunt in eodem genere nimia. Quā obrem omnis uis laudandi, uituperandiꝝ ex his sumetur uirtutum, uitiorumꝝ partibus. Sed in toto quasi contextu orationis hæc erunt illustranda maxime, quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum instiuitus, moratuꝝ fuerit. & si quid cui magnum, aut incredibile acciderit, maximeꝝ si id diuinitus accidisse potuerit uideri, tum quod quisq; scribit, dixerit, gesserit, ad ea, quæ proposita sunt, uirtutum genera accommodabuntur, ex illisq; h̄isdem inueniendi locis causæ rerum, & euentus, & consequentia requirentur. neque uero mors eorum, quorum uita laudabitur, silentio præteriti debet, si modo quid erit animaduertendum, aut in ipso genere mortis, aut in iis rebus, quæ post mortem erunt consecutæ. C. F. Accepi ista, didiciꝝ breuiter, non solum quemadmodum laudarem alterum, sed etiam quemadmodum eniter, ut possem ipse lute laudari. Videamus igitur deinceps in sententia dicenda, quam uiam, &

C 5 quæ

## ORATORIAE

Loci g̃nis deliberati quæ præcepta teneamus. C.P. Est igitur in deli-  
ui & præ- berando finis utilitas , ad quem omnia referun-  
cepta. tur in consilio dando, sententiaq; diceida, ut il-  
la prima sint suasori, aut dissuasori uidenda, quid  
aut possit fieri, aut non possit, & quid aut necesse  
fit, aut nō necesse . Nam si quid effici non potest,  
deliberatio tollitur, quamvis utile fit , & si quid  
necessse est, necesse autem id est, sine quo salut, li-  
beriue esse non possimus, id est reliquis & hone-  
statibus in ciuili ratione , & commodis antepo-  
nendum. Cum autem quæritur , quid fieri pos-  
sit uidendum etiam est, quām facile possit.  
Nam quāt perdifficilia sunt, perinde habenda se-  
pe sunt, ac si effici non possint. Et cum de necessi-  
tate attendemus, & si aliquid nō necessarium ui-  
debitur, uidendum tamen erit, quām sit magnū.  
Quod enim permagni interest pro necessario sa-  
pe habetur . Itaq; cum constet hoc genus caufsa-  
rum ex suasione, & dissuasione, suasori proponi-  
tur simplex ratio, si & utile est, & fieri potest fiat.  
Dissuasori duplex, una, si non utile est, ne fiat, al-  
tera, si fieri non potest, ne suscipiatur. Sic suasori  
utruncq; docēdum est, dissuasori alterum infirma-  
re sat eit. Quare quoniam in his uersatur omne  
consilium duobus, de utilitate ante dicamus, quæ

## P A R T I T I O N E S.

in discernendis bonis, malisq; uersatur. Bonoru autem partim necessaria sunt, ut uita, pudicitia, libertas, ut liberi, coniuges, germani, parētes. partim non necessaria, quorum alia sunt per se expetenda, ut ea, quae sita sunt in officijs, atque uirtutibus. Alia quod aliquid cōmodi efficiūt, ut opes, & copiz. Eorum autem, quae propter se expetuntur, partim honestate ipsa, partim commoditate aliqua expetuntur. Honestate, ea, quae proficiuntur ab ijs uirtutibus, de quibus paulo ante est dictum, quae sunt laudabilia ipsa per se. Commodity autem aliqua, quae sunt in corporis, aut fortunae bonis experenda, quorum alia sunt quasi quodammodo cum honestate coniuncta, ut honos, ut gloria. Alia diuersa, ut uires, forma, uale-tudo, nobilitas, diuitiae, clientele. Est etiam quasi quædam materies subiecta honestati, quae maxime spectatur in amicitijs, amicitiē aut charitate, & amore cernuntur. Nam cum deorum, tum parentum, patriarēq; cultus, eorumq; hominum, quae aut sapientia, aut opibus excellunt, ad charitatē referri solet. Coniuges autem, & liberi & fratres & alij, quos usus, familiaritasq; coniunxit, quantum etiam charitate ipsa, tamen amore maxime continentur. In his igitur rebus cum bona sint, facile

## ORATORIAE

cile est intellectu, quæ sint contraria. Quod si semper optima tenere possemus, haud sanè, quoniam quidem ea perspicua sunt, consilio multum egremus. Sed quia temporibus, quæ uim habent maximam, persæpe euenit, ut utilitas cum honestate certet, earumq; rerum contentio plerunq; deliberationes efficit, ne aut opportuna propter dignitatem, aut honesta propter utilitatem relinquantur, ad hanc difficultatem explicandum præcepta referamus. Et quoniam non ad ueritatem solum, sed etiam ad opiniones eorum, qui audiunt, accommodanda est oratio, hoc primum intelligamus hominum duo esse genera, alterum indoctum & agreste, quod anteferat semper utilitatem honestati, alterum humanum expolitumq; quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Itaq; huic generi laus, honor, gloria, fides, iustitia, omnisq; uirtus, illi autem alteri quæstus, emolumentum, fructusq; proponitur, atq; etiā uoluptas, quæ maxime est inimica uirtuti, bonisq; naturam fallaciter imitando adulterat, quā immanissimus quisq; acerrime sequitur, neque solum honestis rebus, sed etiam necessarijs anteponit, in suadendo, cum ei generi hominum confluunt des, sæpe sanè laudanda est. Et illud uidentur dū

## P A R T I T I O N E S.

dum quanto magis homines mala fugiant, quā sequantur bona. Nam neque honesta tam expertunt, quām deuitant turpia. Quis enim honorēe quis gloriam? quis laudem? quis ullum decus tā unquam expertat, quām ut ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat? quarum rerū dolor grauis est. Est genus hominum ad honestatem natum, malo cultu, prauisq; opinionibus corruptum. Quare in cohortando, atq; suadendo propositum quidem nobis erit illud, ut docceamus, qua re bona consequi, malaq; uitare possimus. Sed apud homines bene institutos plurimum de laude, & de honestate dicemus, maximeq; ea uirtutum genera tractabimus, quæ in cōmuni hominum utilitate tuenda, augendaq; uerantur. Sin apud indoctos, imperitosq; dicemus, fructus, emolumenta, uoluptates, uitationesq; dolorum proferantur, addantur etiam contumelie, atq; ignominiae. Nemo enim est tam agrestis, quem non si ipsa minus honestas, contumelia tamen & dedecus magnopere moueat. Quare quod ad utilitatem spectat, ex ijs, quæ dicta sunt, reperietur. Quod autem possit effici, nec ne possit, in quo etiam quā facile possit, quamq; expediatur, q̄ri solet, maxime ex caussis ijs, quæ quāq; rem

## O R A T O R I A E

rem efficiant, est uidendum. Causarum autē genera sunt plura. Nam sunt aliae, quae ipse conficiunt, aliae quae uim aliquam ad consciendum affert. Itaq; illę superiores conficientes uocentur, he reliquae ponantur in eo genere, ut sine his cōfici non possit. Conficiēs autem causa alia est ab soluta & perfecta per se, alia aliquid adiuuans, & efficiendi socia quædam. cuius generis uis uaria est, & s̄epe aut maior, aut minor, ut illa, quę maximam uim habet, sola s̄epe causa dicatur. Sunt autem aliae causæ, quae aut propter principium, aut propter exitum confientes uocantur. Cum autem queritur quid sit optimū factu, aut utilitas, aut spes efficiendi ad assentiendum impellit animos. Et quoniam de utilitate iam diximus, de efficiendi ratione dicamus. Quo toto genere quibus cum, & cōtra quos, quo tempore, aut quo loco, aut quibus facultatibus, armorum, pecuniae, sociorum, earumque rerum, quae ad quanq; rem efficiendam pertinent, possimus uti, requirendum est. Nec solum ea sunt, quae nobis suppetunt, sed etiam illa, quae aduersantur, uidenda. Et si ex contentione procliviiora erunt nostra, non solum effici posse, quae suademus, erit persuadendū, sed curandum etiam, ut illa facilia, proclivia, iucū

## P A R T I T I O N E S.

lucunda uideantur. Dissuadentibus autē aut utilitatis labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferendae, neque alijs ex præceptis, sed ijsdem ex suasionis locis. Vterq; uero ad augēdum habeat exemplorum, aut recētium, quo notiora sint, aut ueterum, quo plus autoritatis habeant, copiam. Maximeq; sit in hoc generc meditatus, ut possit uel utilia, ac necessaria sāpe honestis, uel hæc illis anteferre. Ad commouendos autem animos maxime proficent, si incitandi erunt huiusmodi sententiæ, quæ ad explendas cupiditates, aut ad odium satiandum, aut ad ulciscendas iniurias pertinebunt. Sin autem reprimendi, de incerto statu fortunæ, dubijsq; euētis rerum futurarum, & retinendis suis fortunis, si erunt secundæ, sin autem aduersæ, de periculo cōmonendi. Atq; hī quidem sunt perorationis loci. Principia aut in sententijs dicendis brevia esse debebunt. Nō em supplex, ut ad iudicē uenit orator, sed hortator, atq; autor. Quare proponere, qua mente dicat, quid uelit, quibus de rebus dictur sit, debet, hortarij ad se breuiter dicentem audiendum. Totæ autem oratio simplex & grauis, & sententijs debet ornatiōr esse, quā uerbis. C. F. Cognoui iam laudationis & suasionis locos, nunc quæ iudi- Trāsitio-  
cij ac

## ORATORIAE

cis accommodata sunt expecto, idq; nobis genus  
restare unum puto. C.P. Recte intelligis, atque  
Iudiciale genus & præcepta eius quidem generis finis est æquitas, quæ non  
simpliciter spectatur, sed ex comparatione non-  
nunquam, ut cum de uerissimo accusatore dispu-  
tatur, aut cum hereditatis sine lege, aut sine testa-  
mento petitur possessio, in quibus caussis, quid  
æquius, æquissimumue sit, queritur, quas ad caus-  
fas facultas petitur argumentationum ex ijs, de  
quibus mox dicetur, æquitatis locis. Atque etiam  
ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet  
esse contentio, cum aut sit ne actio illi, qui agit,  
aut iamne sit, aut num iam esse desierit, aut illa-  
ne lege, hisne uerbis sit actio queritur, quæ etiā  
si antequam res in iudicium uenit, aut concerta-  
ta aut dijudicata, aut confecta non sunt, tamen  
in ipsis iudiciis permagnum saepe habet pondus,  
cum ita dicitur, plus petisti, serò petisti. non fuit  
tua petitio. non à me. non hac lege. non his uer-  
bis. non hoc iudicio, quarum caussarum genus  
est positum in iure ciuili, quod est in priuatarū,  
ac publicarum rerū lege, aut more positū, cuius  
sciētia neglecta ab oratoribus plerisq; nobis ad  
dicendum necessaria uidetur. Quare de constitu-  
endis actionibus, accipiendis, subeundiq; iudi-  
cisi

## P A R T I T I O N E S.

cōsideris de excipienda iniuitate actionis, de compa-  
randa æquitate, quod ea ferē generis eius sunt,  
ut quanquam in ipsum iudicium sēpe dilabā-  
tur, tamen ante iudicium tractanda uideantur,  
paululum ea separe à iudicijs, rēpore magis agē-  
di, quā dissimilitudine generis. Nam omnia, quæ  
de iure ciuili, aut de æquo & bono disceptantur,  
cadunt in eam formam, in qua quale quid sit am-  
bigitur, de qua dicturi sumus, quæ in æquitate, &  
iure maxime consistit. In omnibus igitur causis  
tres sunt gradus, ex quibus unus aliquis capien-  
dus est, si plures non queas ad resistendum. Nam  
aut ita consistendum est, ut quod obijcitur fa-  
ctum neges, aut illud quod factum fateare, ne-  
ges eam uim habere, atque id esse, quod aduer-  
sarius criminetur. Aut si neq; de facto, neq; de fa-  
cti appellatiōe ambigi potest, id quod arguere,  
neges tale esse, quale ille dicat, & rectum esse, qđ  
feceris, concedendū me defendas. Ita primus il-  
le status, & quasi conflictio cū aduersario, conie-  
ctura quadam, Secundus autē definitione, aut de-  
scriptione, atq; informatiōe uerbi, Tertius æqui  
& ueri, & recti & humani ad ignoscendū disputa-  
tione tractādus est. Et qm̄ semper is, qui defen-  
dit, non solum resistat oportet aliquo statu, aut

D infici

## ORATORIAE

inficiando, aut definiendo, aut æquitate oppo-  
nenda, sed etiam rationem subiçiat recusatio-  
nis suæ. Primus ille status rationem habet in-  
quit criminis, ipsam negationem, inficiatio-  
nemq; facti. Secundus, quod nō sit in re, quod ab  
aduersario ponitur in uerbo. Tertius, quod id re  
etc factum esse defendet, quod sine ulla numinis  
controversia factum fateatur. Deinde unicuiq;  
rationi opponendū est ab accusatore, id quod si  
nō esset in accusatione, cauſa omnino esse nō pos-  
set. Ita q; ea, quæ sic referuntur, continētia cauſa-  
rum uocentur, quanquam non ea magis, quæ cō-  
tra rationē defensionis afferūtur, quā ipse defen-  
sionis rationes continent cauſas. Sed distinguē-  
di gratia rationē appellamus eā, quæ affertur à  
reco ad recusandum depellendi criminis cauſa,  
quæ nisi esset, quid defenderet non haberet. Fir-  
mamentum autē, quod contra ad labefactandā  
rationē refertur, sine quo accusatio stare nō pōt.  
Ex rationis aūt, & ex firmamēti confictione, &  
quasi concursu quēstio exoritur quēdam, quā di-  
sceptationē uoco, in qua quid deueniat in iudici-  
um, & de quo disceptetur, quæriri solet. Nam pri-  
ma aduersariū contentio diffusam habet quæ-  
stionē, ut in coniectura, cōperitne pecunias De-  
cius

## P A R T I T I O N E S.

cius. In definitione, minueritne maiestatē Nor-  
banus. In æqtate, iurēne occiderit Opimus Grac-  
chū. Hæc, quæ primā contentionē habent ex ar-  
guendo, & resistendo lata, ut dixi, & cōfusa sunt.  
Rationū, & firmamentorū contentio adducit in  
angustā disceptationem, ea in coniectura nulla  
est. Nemo enim eius, qd negat factum, rationē aut  
pot, aut debet, aut solet reddere. Itaq; in his caus-  
sis eadē & prima questio, & disceptatio est extre-  
ma. In illis aut, ubi ita dicitur, non minuit mai-  
estatē, qd egit de Cepiōe turbulētius. Populi enim  
R. dolor iust⁹ uim illā excitauit nō tribuni actio.  
Maiestas aut, qm̄ est magnitudo quēdam populi  
R. in eius potestate, ac iure retinendo, aucta est  
potius, q̄ diminuta. & ubi ita refertur. Maiestas  
est in impij, atq; in om̄i po. R. dignitate, quā mi-  
nuit is, qui per uim multitudinis rē ad seditionē  
uocauit, existit illa disceptatio. minueritne maie-  
statem, qui uolūtate populi Ro. rem gratam, &  
æquam per uim egerit. In his autem caussis, ubi  
aliquid recte factum, aut concedendum, esse fa-  
ctum defendatur, cū est facti subiecta ratio, sicut  
ab Opimio, iure feci salutis omniū, & conserua-  
dæ Reipubli. caussa, relatumq; est ab Decio. Ne  
sceleratissimum quidem ciuem sine iudicio iu-

D a reul

## ZORATORIAE

re ullo necare potuisti, oritur illa disceptatio, potueritne recte salutis Reipub. caussa ciuem euer forem ciuitatis indemnatum necare. Ita disceptationes et, quae in his controversijs oriuntur, quae sunt certis personis & temporibus notatae, fiunt rursus infinitè detractisq; temporibus & personis, rursum ad cōsultationis formam, rationemq; re uocantur. Sed in grauissimis firmamentis & illa ponenda sunt, si qua ex scripto legis, aut testamēti, aut uerborum ipsius iudicij, aut alicuius stipulationis, aut cautionis opponūtur defensioni contraria. Ac ne hoc quidē genus in eas caussas incurrit, quae coniectura continentur. Quod enim factum negatur, id argui non potest scripto. ne in definitionem quidem uenit, genere scripti ipsius. Nam etiā si uerbū aliquod de scripto definiendū est, quā uim habeat, ut cū ex testamentis quid sit penus, aut cū ex lege prædij quæritur, quae sunt ruta cæsa, nō scripti genus, sed uerbi interpretabilitate controversiam parit. Cum autem plura signi ficantur scripto propter uerbi, aut uerborum ambiguitatem, ut liceat ei, qui contra dicat eō trahe re significationem scripti, quò expeditat, aut uelit, aut etiam si ambigue scriptū non sit, uel à uerbis uoluntatem, & sententiam scriptoris abducere

## P A R T I T I O N E S.

cere, uel alio se eadem de re contrarie scripto de-  
fendere. tum disceptatio ex scripti contentione  
existit, ut in ambiguis disceptetur, quid maxime  
significetur. in scripti, sententiaeque contentione,  
utrum potius sequatur iudex. in contrarijs scri-  
ptis, utrum magis sit comprobandum. Discepta-  
tio autem, cum est constituta, proposita esse de-  
bet oratori, quo omnes argumentationes repe-  
titae ex inuenienti locis coniectantur. quod quanq;  
satis est ei, qui uidet, quid in q; loco lateat, quiq;  
illos locos tanq; thesauros aliquos argumentorum  
notatos habet, tamen ea, quae sunt certarum caus-  
arum propria, tangemus. In coniectu-  
ra igitur cū est in inficiando reus, ac-  
cusatori hæc duo prima sunt, sed ac-  
cusatorē pro omni actore, & petito-  
re appello, possunt em̄ etiam fine ac  
cusatore in caussis hæc eadem controuersiarum  
genera uersari. sed hæc duo sunt ei prima cauſa,  
& euentus. Cauſam appello rationem efficien-  
di, euentum id, quod est effectum, atq; ipsa quidē  
partitio cauſarum paulo ante in suasionis locis  
distributa est. Quæ enim in consilio capiendo fu-  
turi temporis præcipiebantur, quamobrem aut  
utilitatem uidetur habitura, aut efficiendi facul-

Cum genus hoc iudiciorum  
le tres quæstiōes habeant  
conjecturalem, definiti-  
uam, & iuridiciale, oīm  
hic locos tam accusato-  
ribus quā defensoribus

D 3 ratem,

## ORATORIAE

tatem, eadem, qui de facto argumentabitur, colligere debet. Quamobrem & utilia illi, quem arguet, fuisse, & ab eo effici potuisse demonstret. Vt in litatis conjectura mouetur, si illud quod arguitur, aut spe bonorum, aut malorum metu, fecisse dicitur, quod sit acrius, quo illa in utroque genere maiora ponuntur. Spectantur etiam ad causam facti, motus animorum, si ira recens, si odium uectus, si ulciscendi studium, si iniuriae dolor, si honoris, si gloriae, si imperij, si pecuniae cupiditas, si periculi timor, si æs alienum, si angustiae rei familiares, si audax, si leuis, si crudelis, si impotens, si incautus, si insipiens, si amans, si commota mente, si uinolentus, si cum spe efficiendi, si cum opinione cælandi, aut si patefactum esset depellendi criminis, uel perrumpendi periculi, uel in longinquum tempus differendi, aut si iudicij pœna leuior, quam facti præmium, aut si facinoris uoluptas maior quam damnationis dolor. His ferè rebus facti suspicio confirmatur, cum & uoluntatis in reo causæ recuperiuntur, & facultas. In uoluntate autem utilitas ex adeptione alicuius commodi, uitiatione ergo alicuius incommodi queritur, ut aut spes, aut mens impulisse videatur, aut alius repentinus animi motus, qui etiam citius in fraudem, quam ratio utilita

## P A R T I T I O N E S.

litatis, impellit, quamobrē sint hæc dicta de causis. C. F. Teneo, & quæro, qui sint illi euētus, quos ex caussis effici dixisti. C. P. Consequentia quædam signa præteriti, & quasi impressa facti uestigia, quæ quidem uel maxime suspicionē mouent, & quasi tacita sunt criminum testimonja. Atque hæc quidem grauiora, quod caussæ communiter uidetur insimulare, & arguere om̄es posse, quorum non interfuerit aliquid. Hæc proprie attingunt eos ipsos, qui arguuntur, ut telum, ut uestigium, ut crux, ut deprehensum aliquid, quod ab latum, creptūm uideatur, ut responsum inconstanter, ut hæsitatum, ut titubatum, ut cum aliquo uisus, ex quo suspicio oriatur, ut eo ipso in loco uisus, in quo facinus, ut pallor, ut tremor, ut scriptum, aut obsignatum, aut depositum quippiam. Hæc enim, & talia sunt, quæ aut in re ipsa, aut etiam antequam factum est, aut postea, suspicuum crimen efficiant. Quæ si non erunt, tamen caussis ipsis, & efficiendi facultatibus nisi oportebit, adiuncta illa disputatione communī, non suisse illum tam amentem, ut indicia facti aut effugere, aut occultare non posset, ut ita apertus esset, ut locum criminis relinqueret. Communis ille contra locus, audaciam temeritati

## ORATORIAE

tati, non prudetiae esse coniunctam. Sequitur autem ille locus ad augendum non esse expectandum, dum fateatur, argumentis peccata conuici. & hic etiam exempla ponentur. Atque haec quidem de argumentis. Sin autem erit etiam testium facultas. primum, genus erit ipsum laudandum, dicendumque, ne argumentis teneretur reus, ipsum sua cautione fecisse. testes effugere non potuisse. Deinde singuli laudentur. Quae autem essent laudabilia dictum est. Deinde etiam arguento firmo, quia tamen saepe falsum est, posse recte non credi uiro bono, & firmo, sine uicio iudicis non posse non credi. Atque etiam, si obscuri testes erunt, aut tenues, dicendum erit, non esse ex fortuna fidem ponderandam, aut eos esse cuiusque locupletissimos testes, qui id, de quo agantur, facillime scire possint. Sin questiones habitae, aut postulatio, ut habeantur, caussam adiuuabunt, confirmandum genus primum questionum erit, dicendum de uero doloris de opinione maiorum, qui eam rem totam nisi probassent, certe repudiassent. De institutis Athenorum, Rhodiorum doctissimorum hominum, apud quos etiam (si quod acerbissimum est) liberi, ciuesque torquentur. De nostrorum etiam prudenterissimorum hominum institutis, qui, cum de seru-

## P A R T I T I O N E S.

uis in dominos quæri uoluissent, de incestu tamē,  
& coniuratione, quæ facta me consule est, quærē  
dum putauerunt. Irridēda etiam disputatio est,  
qua solent uti ad infirmandas quæstiones, & me  
ditata, puerilisq; dicenda, tum facienda fides, di-  
ligenter esse, & sine cupiditate quæsitum, dictaq;  
quæstionis argumentis, & conjectura ponderan-  
da. Atque hæc accusationis ferè mēbra sunt. De-  
fensionis autem primum infirmatio cauſarum,  
aut non fuisse, aut non tantas, aut nō sibi soli, aut  
commodius potuisse idem consequi, aut non his  
esse moribus, nō ea uita, aut nullos animi motus,  
aut non tam impotenteis fuisse. Facultatum aut  
infirmatiō utetur, si aut uires, aut animum, aut  
kopias, aut opes absuisse demonstrabit, aut alien-  
num tempus, aut locum non idoneum, aut mul-  
tos arbitros, quorum crederet nemini, aut nō se  
tam inceptum, ut id suscipere, quod occultare nō  
posset, neq; tam amentē ut pœnas, ac iudicia cō-  
temneret. Consequentia autē diluet exponendo,  
non esse illa certa indicia facti, quæ etiam nullo  
admisso consequi possent. consistetq; in singulis,  
& ea aut eorū, quæ ipse facta esse dicet, propriis  
esse defendet potius quā criminis. aut sibi cum ac-  
cusatore communia essent, pro periculo potius,

Loci cōie-  
cturæ de-  
fensori ac  
cōmodatī

D 5 quam

## ORATORIAE

¶ contra salutem ualere debere. Testiumque, & questionum genus uniuersum, & quod poterit in singularis, ex reprehensionis locis, de quibus ante dictum est, refellet. Harum caussarum principia suspicua ad acerbitatem ab accusatore ponentur. Denique habiturque insidiarum cōmune periculum, excitaturque animi, ut attendant. A reo autem querela consuetati criminis, collectarumque suspicionum, & accusatoris insidiae, & item commune periculum profertur, animique ad misericordiam allicantur, & modice beneuolētia iudicum colligetur. Narratio autem accusatoris erit quasi membratim gesti negotijs spiciosa explicatio, sparsis omnibus argumentis, obscuratis defensionibus. Defensoris, aut prætextis, aut obscuratis suspicionum argumentis, rerum ipsarum euentus erunt, casusque narrandi. In confirmandis autem nostris argumentationibus, infirmandisque contrariis saepe erunt accusatori motus animorum incitandi, reo mitigandi. atque hæc quidem utriusque maxime in peroratioē facienda, alteri frequentatione argumentorum, & coaceruatione uniuersa, alteri si planè caussam redarguendo explicari, enumeratioē, ut quicunque diluerit, & miseratione ad extremū. C.F. Scire mihi iam videor quemadmodum conjectura tractanda sit, nunc defini.

## P A R T I T I O N E S.

definitione audiamus. C.P. Communia dantur Loci fra-  
in isto genere accusatori, defensoriց praecepta. tus definiti-  
Vter eī definiendo, describendo uerbo magis satori de- tiui accu-  
ad sensum iudicis, opinionēց penetrarit, & uter fensoriց  
ad communē uerbi uim, & ad eam præceptionē, coēs.  
quā inchoatam habebunt in animis ī, qui audiēt,  
magis & propius accesserit, is uincat necesse est.  
Non eī argumētando hoc genus tractatur, sed  
tanq̄ explicando, excutiendoց uerbo, ut si in reo  
pecunia absoluto, rursusq̄ reuocato, præuarica-  
tionem accusator esse definit omnē, iudicij cor-  
ruptelam, ab reo, defensor aut non omnem, sed  
tantummodo accusatoris corruptelam ab reo.  
Sit ergo hēc contentio prima uerborum, in qua  
etiam si propius accedat ad consuetudinem, mē-  
temq̄ sermonis defensoris definitio, tamen accu-  
sator sententia legis nititur. Negat enim proba-  
ti oportere, eos qui leges scripserunt, ratum ha-  
bere iudicium, si totum corruptum sit, si unus  
accusator corruptus sit, rescindere, nō nititur equi-  
tate, ut illa quasi scribenda lex sic esset, quæ que  
tamen complectetur in iudicijs corruptis  
ea uerbo uno præuaricationis comprehendis-  
se dicitur. Defensor autem testatur consuetudi-  
nem sermonis uerbiց uim ex cōtrario reperiet  
quasi

## ORATORIAE

quasi ex uero accusatore, cui contrarium est non  
amen præuaricationis, ex consequētibus, quod ea  
litera de accusatore soleat dari iudici, ex nomi-  
ne ipso, quod significat eum, qui in cōtrarijs caus-  
is, quasi uarie esse positus videatur. Sed huic tñ  
ipſi configiendum est ad æquitatis locos, ad re-  
rum iudicatarum autoritatem, ad finem aliquē  
periculi, communeq; sit hoc præceptum, ut cum  
uterq; definierit, quā maxime potuerit ad cōmu-  
nem sensum, uimq; uerbi, tum similibus exēplisq;  
eorum, qui ita locuti sunt, suam definitionem, sen-  
tentiamq; confirmet, atq; accusatori in hoc gene-  
re cauſarum locus ille cōmunis, minimis esse cō-  
cedendum, ut is, qui de re confiteatur, uerbi se in-  
terpretatione defendat. Defensor autem de ea,  
quam proposui, æquitate nitatur, & ea cum se-  
cum faciat, non re, sed depravatione uerbi se ur-  
geri queratur. Quo in genere percensere pote-  
rit plerosq; inueniendi locos. Nam & similibus  
utitur, & contrarijs, & consequentibus quanquā  
uterq; tamē reus, nisi planē erit absurdā cauſa,  
frequentius. Amplificandi autem cauſa quæ aut  
cum digredientur à cauſa, dici solent, aut cum  
perorabunt, hæc uel ad odium, uel ad misericor-  
diam, uel ad omnino animos iudicū mouēdos

## P A R T I T I O N E S.

ex ijs, quæ sunt anteposita, sumentur, si modo rerum magnitudo hominūm ue aut iniuria, aut dignitas, postulabit. C.F. Habeo ista, nunc ea, quæ cū quale sit quippiā discepratur, quæri ex utraq; parte deceat, uelim audire. C.P. Confiteantur in isto genere, qui arguuntur, sed id fecisse ipsum, in quo reprehenduntur. Sed quoniam iure se fecisse dicunt, iuris est omnis ratio nobis explicanda, quod diuiditur in duas partes primas, naturā atq; legem, & utriusq; generis uis, in diuinum & humanum ius est distributa. Quorum æquitatis est unum, alterum religionis. Aequitatis autem uis est duplex, cuius altera directi, & ueri, & iusti, &c, ut dicitur, æqui, & boni ratiōe defendit. Altera ad uicissitudinem referendæ gratiæ pertinet, quod in beneficio gratia, in iniuria ultio non minatur. Atq; hæc communia sunt naturæ, atq; legis, sed propria legis & ea quæ scripta sunt, & ea quæ sine literis, aut gentium iure, aut majorū more retinentur. Scriptorum autem priuatum aliud est, publicum aliud. Publicum, lex, senatus cons. fœdus. Priuatum, tabulæ, pactum, conuentum, stipulatio. Quæ autem scripta non sunt, ea aut consuetudine, aut conuentis hominū, & quasi consensu obtinentur. Atq; etiam hoc in primis,

Loci statutus qualitatis & pcepta utriusque partis spectada.

ut no

## ORATORIAE

ut nostros mores, legesq; tueamur quodammodo  
naturali iure præscriptum est. & quoniā bre-  
uiter aperti fontes sunt quasi quidam æquitatis,  
meditata nobis ad hoc caussarum genus esse de-  
bebunt ea, quæ dicenda erunt in orationibus, de  
natura, de legibus, de more maiorum, de propul-  
sanda iniuria, de ulciscenda, de omni parte iuris.  
Si imprudenter aut necessitate, aut casu quippiā  
fecerit, quod non concederetur ijs, qui sua spon-  
te, & uoluntate fecissent, ad eius facti de precatio-  
nem ignoscendi petenda uenia est, quæ sumetur  
ex plerisq; locis æquitatis. Expositum est, ut po-  
tui breuissime, de omni controuersiarum gene-  
re, nisi præterea tu quid requiris. C.F. Illud equi

Cum sepe interim accidem, quod iam unum restare video,  
dat ut controuersia sit quale sit, cum disceptatio uersatur in  
in scriptis, quæ res in nullum serè trium sta- scriptis. C.P. Recte intelligis, eo em  
tuum superiorū cadit, exposito, munus promissi omne con-  
nempe coniecturæ defi nitionis & qualitatis, fecero. Sunt igitur ambigui duobus  
sed suos status legitimos quasi proprios ha- aduersarijs præcepta cōmunia. Vter  
beat, hic subinde de his que enim hanc significationem, quæ  
breuiter differit. huc ad utetur ipse dignam scriptoris pru-  
bibe Fabium septimo. dentia esse defendet. Vterq; id, quod  
aduersarius ex ambigue scripto intelligendum  
esse dicet, aut obscurum, aut absurdum, aut iniuri-  
le, aut

## P A R T I T I O N E S.

le, aut iniquum, aut turpe esse defendet, aut etiam  
discrepare cum cæteris scriptis, uel aliorum, uel  
maxime si poterit, eiusdē, quamque defendet ipse  
eam rem, & sententiam quēuis prudentem, & iu-  
stum hominē si integrum daretur, scripturum fu-  
isse, sed planius eamque sententiam, quam signifi-  
cari posse dicet, nihil habere aut captionis, aut  
uitij. Contrariam autem si probarit, fore ut mul-  
ta uitia, stulta, iniqua, contraria consequantur.  
Cum aut aliud scriptor sensisse uidetur, & aliud  
scripsisse, qui scripto nitetur, cum re exposita re-  
citatione uti oportebit, deinde instare aduersa-  
rio, iterare, renouare, interrogare, num aut scri-  
ptum neget, aut contra factum inficietur. Post  
iudicem ad uim scripti uocet, hac confirmatione  
usus, amplificet rem lege laudanda, audacia magis  
confutet eius, qui cum palam contra fecerit, idque  
fateatur, adsit tamen, factumque defendat. Dein-  
de confirmet defensionem, cum aduersarius ali-  
ud uoluisset, aliud sensisse scriptorem, aliud scri-  
psisse dicat, non esse ferendum à quoquam po-  
tius latoris sensum, quām à lege explicari. cur ita  
scriperit. si ita non senserit? Cur cum ea, quae  
planè scripta sint, neglexerit, quē nunquā scripta  
sint proferat? Cur prudētissimos in scribendo ui-  
tos

## ORATORIAE

ros summae stultitiae putet esse damnados? Quid  
impedierit scriptorem, quo minus exciperet il-  
lud, quod aduersarius tanquam si exceptum es-  
set, ita dicit se secutum? Utetur exemplis ijs, qui-  
bus idem scriptor, aut si id no poterit, quibus alij  
quod excipiendo purarint, exceperint. Quare  
da etiam ratio est, si qua poterit inueniri, quare  
non sit exceptum, aut iniqua lex, aut inutilis fu-  
tura dicetur, aut alia caussa obtemperandi, alia  
abrogandi, dissentire aduersarij uocem, atq; le-  
gis. Deinde amplificandi caussa, de conseruandis  
legibus, de periculo rerum publicarum, atq; pri-  
uatarum, cum alijs locis, tum in perorando ma-  
xime, grauiter erit, uehementerq; dicendum. Ille  
autem qui se sententia legis, uoluntateq; defen-  
det, in consilio, atq; in mente scriptoris, non in  
uerbis, ac literis uim legis positam esse defen-  
det, quodq; nihil exceperit in lege laudabit, ne di-  
uerticula peccatis daretur, atq; ut ex facto cuius-  
que iudex legis mentem interpretetur. Dein-  
de erit utendum exemplis, in quibus omnis æqui-  
tas perturbetur, si uerbis legum ac non senten-  
tijs pareatur. Deinde genus eiusmodi callidita-  
tis, & calumniaæ retrahatur in odium iudicis, cū  
quadam inuidiosa querela. & si incidet impudē-  
tiz.

## P A R T I T I O N E S.

tiæ cauſſa, quæ non ad delictum, ſed ad caſum, ne-  
ceſſitatēmue pertineat, quod genus paulo ante  
attigimus, erit ijsdem æquitatis ſententijs con-  
tra acerbitatem uerborū de preſcandum. ſin ſcri-  
pta inter ſe diſſentient, tanta ſeries artis eſt, &  
ſic inter ſe ſunt pleraq; connexa, & apta, ut quæ  
paulo ante p̄cepta dedimus ambigi, quæq; proxi-  
me ſententia, & ſcripti, eadem ad hoc ge-  
nus cauſſa tertium transferantur. Nam qui-  
bus locis in ambiguo defendimus eam significa-  
tionem, quæ nos adiuuat, eisdem in contrarijs le-  
gibus noſtra lex defendēda eſt. Deinde eſt efficiē-  
dum ut alterius ſcripti ſententiam, alterius uer-  
ba defendamus. Ita quæ modo de ſcripto, ſen-  
tentiaq; p̄cepta ſunt, eadem huc omnia transfe-  
ramus. **E X P O S I T A B** sunt tibi omnes oratoriq; **Epilogus.**  
partitiones, quæ quidem ē media illa noſtra aca-  
demia florueruut, neq; ſine ea aut inueniri, aut  
intelligi, aut tractari poſſunt. Nam & partiri  
iſpsum, & definire, & ambigi partitiones diuide-  
re, & argumentorum locos noſſe, & argumenta-  
tionē iſpſam cōcludere, & uidere q̄ ſumenda in ar-  
gumentando ſint, quidq; ex ijs, quæ ſumpta ſunt,  
efficiatur, & uera à falſis, uerisimilia ab incredibili-  
bus dijudicare, & diſtinguere, & aut male  
E ſumpta

## ORATORIAE.

sumpta, aut male conclusa reprehendere, & eadem uel anguste differere, ut dialectici, qui appellantur, uel ut oratorem decet, late exprimere, illius exercitationis, & subtiliter disputandi, & copiose dicendi artis est. De bonis uero rebus, & malis, & quis, iniquis, utilibus, inutilibus, honestis, turpibus, quam potest habere orator, sine illis maximarum rerum artibus facultatem aut copiā? Quare hæc tibi sint mi Cicero, quæ exposui, quasi indicia fontium illorum, ad quos si nobis eisdem ducibus, alijs ue peruerteris, tum & hæc ipsa melius, & multa maiora alia cognosces C. F. Ego uero, ac magno quidem studio mi pater, multis ex tuis præclarissimis munerib⁹ nul lū maius expecto.

F I N I S.

ARGUMENTVM ORATIONIS  
PRO DEIOTARO.

**R**Ex Deiotarus Galatiae Tetrarcha, exorto bello ciuili inter Cæsarem & Pompeum, senex iam Pompeianas partes sequutus: quo uicto in campis Pharsalicis in regnum se recepit suum: positisque statim armis Cæsarem, bellum in Aegypto cum Alexandrinis alijsque uiciniis gentibus gerentem pecunia militibusque recōciliandi eius caussa adiuuit. Hinc Cæsar deuictis hostibus rebusque compositis cū uictor Romam per Galatiam rediret, occurrenti Deiotaro supplicum habitu, crimenque erroris deprecanti adēpta regni parte ignoscit. Cæsare ita reconciliato, non multo post à suo ex sorore nepote Castore, suoque seruo ab eo corrupto Philippo medico in multo maius discrimen coniicitur. Romæ apud Cæsarem criminatur Deiotarum, postquam ad illum in Luceū regiam eius diuertisset de ipsius uita cogitasse. Collocasse ibi in insidijs milites, qui Cæsarem eō ex compagno ad inspicienda regia dona deductum inuaderent. Aliaque leuiora facta in eum crimina: quæ ordine hic confutant. Quare Cicero grandem iam natu regem, ut eū, qui nihil tale in animum unquam induxisset defendendum hic suscepit.

DE GENERE ET STATU ORATIONIS  
**C**Vm igitur in defendendo capit is reo occupatus sit Cicero, genus orationis iudiciale esse certum est: statum autem, quia factum est a negatur

negatur coniecturalem. Siquidem accusatore infidias factas esse criminante, reo contra negante, coniectura nascitur, an facte sint infidiae.

#### DE ORATIONIS PARTIB. ET DISPOSITIONE.

**C**VM in omnibus caussis grauioribus & c.) Exordium quo sternitur ad caussam uia, emerēdi fauoris caussa adhibetur. Trium nang rerum caussa potissimum ducitur: ut bene uole, attente, intelligenterq; audiamur. Quibus autem ex locis id præstetur, cum in hoc dialogo, tum apud Fabium satis uides. Beneuolentia porro ex nostris personis, reorum, aduersariorū, iudicū, caussaq; cum& aliude potest, captatur. De sensurus igitur Deiotaru Cicero, exordiū duxit ab animi sui perturbatione: nempe, cū in omnibus grauioribus caussis uehementer commoveri soleat, tum in hac potissimum multis se perturbari. Hanc animi sui pturbationē, atq; adeo exordij propositionē dum aliter atq; aliter cōfirmat, uarie beneuolentiā captat. Primum à persona regis rei confirmat: Deinde à meritis rei in rempu. Tum à personis accusatorū: atq; hic, dū alterius crudelitatē, alterius indignitatē insectetur, ambos in odiū trahit: Tum à persona Cæsarī: cum id quod in alijs iniquissimum esset, in ipso æquissimum ostendit: Postremo à loci insolentia: quod tantā caussam, quanta nulla unq; in disceptatiōe uersata sit, intra priuatos parietes dicat.

#### DE NARRATIONE.

**S**Ed antequam de accusatione ipsa dico & c.) Exordiū naturaliter narratio sequit. Verum cum

cū reus hic factū neget, nulla hic ut ferē sit, narratio est. Mira tñ arte Cicero ante propositionem de accusatorū spe, qua inducti ad accusandū descendederint dicit: nēpe eo consilio, ut data occasione precetur Cæsarem, ne, quia semel ignouisset Deiotaro, uetus in animo odium residere significet: transferatq; culpā in coēm errorem, quo ductum regem armatum ad Pompeum uenisse: quē non senatus mō semper, sed & Cæsar ipse fecisset plurimi. Victo autē Pompeo domū rediisse: Cæsar isq; subinde partes omnibus quibus potuisset modis iuuuisse. Incidit interim hic narratiuncula nō caussæ, cū autore Fabio duæ sint narrationū species, sed rerū ad caussam pertinētium: nēpe quo pacto communi errore ductus ad Pompeum armatus uenisset: illoq; uicto in suū rediisse regnū: Cæsaremq; deinde bello iuuisset. Adhibita autē excusandi Deiotari gratia: cui quia ignouisset, qd communi errori lapidū arma cepisse sciret, ini- quum foret ullam iracundię partem resedisse in animo significare.

#### DE PROPOSITIONE.

**I**sigitur non mō à te periculo liberatus & cę.) Hic uide cur superiora illa de accusatorū spe, de regis errore, beneficijsq; in Cæsarē, illiusq; uicissim in regē inseruerit: nēpe excusandi Deiotari, suamq; hanc propositionem facilius confirmandi caussa: uidelicet, ne suspicari quidē Cæsarē posse, Deiotarū quē periculo liberasset honoreq; amplissimo ornasset, insidias sibi struxisse.

#### DE CONFIRMATIONE.

E , DE

**V**T enim omittam cuius tanti sceleris fuerit & cę.) Confirmat hic propositionem nullas à rege insidias esse factas: idq; potissimum argumētis iurē Xviii. Posita nanc̄ tota hęc confirmatio est in signis, Criminati etiā Deiotarum, ex quo à Cæsare alienatus fuisse semper in speculis fuisse: exercitumq; aliusse: aliaq; id genus leuiora, quae omnia item confutat. His refutatis ~~argumentis~~ in Castorē inuehitur: in eisdē quidē eum castris, quibus Deiotarus ardentissimū eius belli studio fuisse. Crudelitatē itē ipsius, crimē in bene de se meritū autē fingeendi, seruumq; in dñm corrūpendi plurib⁹ insectat. Postremo Blesamīū graui⁹ de Cæsare ad Deiotarū scripsisse cōfutat.

DE EPILOGO.

**N**ihil à me arbitror prætermissum & cę.) Epilogo capita argumētorū repeti solēt: affectusq; moueri. Verū qđ hic ea nō enāmeret, inde est, qđ turpius omnia ficta, clariusq; refutata sint, quā ut opus sit repeti: uereaturq; ne Cæsar, quia regni parte cū mulctasset Deiotarū potius sibi succēdere arbitret̄. Quod aut̄ affectus ferē nō moueat, in causa esse uel ipse dicit, qđ ea Cæsar is misericordia, quae nullius orōne euocari, sed ultrò calamitosis occurrere soleat. Primū igitur suspicionē Cæsar is de alieniore Deiotari in se aio tollit: qđ regni cū parte mulctasset. Deinde Cæsarē à suis ad regē literis, ueniaq; data admonet, ne qđ semelignouisset, rursum in dubiū reuocet. Postremo à legatorū testimonio traden̄sii se in eius p̄tatem pro salute regum suorū Cæsarem reconciliat.

PRO

# PRO REGE

## DEIOTARO AD C. CAESAREM.

### ORATIO.

**C**VM IN OMNIBVS CAVS Proposi-  
sis grauioribus C. Cæsar initio dicen-  
di commoueri solecam uehementius,  
quam uidetur uel usus, uel artas mea  
postulare:tum in hac caussa ita me multa pertur-  
bant: ut quantum mea fides studij mihi afferat  
ad salutem Regis Deiotari defendendam: tantū  
facultatis timor detrahit. Prīmū dico pro capi-  
te fortunis cū Regis: quod ipsum & si non iniquū  
est, in tuo duntaxat periculo:tamen est ita inusi-  
tatum: regem capit is reum esse: ut ante hoc tem-  
pus non sit auditum. deinde cum regem, quē or-  
nare antea cuncto cū Senatu solebamus, pro per-  
petuis eius in nostrā Remp. meritis:nunc contra  
atrocissimum crimē cogor defendere, accedit ut  
accusatorū alterius crudelitate, alterius indigni-  
tate perturber. crudelis Castor: ne dicam sclera  
tum & impium: qui nepos auū in discriminem capi-  
tis adduxerit: adolescentia cū suā terrorem intu-  
lerit ei:cuius senectutē tueri, & tegere debebat:  
commendationem cū ineuntis artatis ab impieta-

Proposi-  
cio exor-  
dī, quam  
pluribus  
confirmā-  
do uarie  
beneuole-  
tiā caprat.

A persona  
regis rei  
cōfirmat.

A rei in rē  
pu . meri-  
tis.

A perso-  
nis accusa-  
torum.

## O R A T I O

te & scelere duxerit: cui seruum corruptum præmis ad accusandum dominum impulerit: a legatorum pedibus abduxerit. Fugitiui autem dominum accusantis, & dominum absentem, & dominum amicissimum nostræ Reip. cum os uidebam: cum uerba audiebam: non tam afflictam regiam conditionem dolebam: quām de fortunis

A maiori. communibus extimescebam. nam cū more maiorum de seruo in dominum, ne tormentis quidem queri liceat: in qua quæstione dolor ueram uocē elicere possit, etiā ab inuito: exortus est seruus: qui quem in eculeo appellare non posset: eum accuset solutus, perturbat me C. Cæsar etiam illud interdum: quod tamen, cum te penitus recognoui: timere desino. re enim iniquum est: sed tua sapientia fit æquissimum. nam dicere apud eum de facinore, contra cuius uitam consilium facinoris inisse arguare: si per seipsum cōsideres: graue est: nemo enim ferē est qui sui periculi iudex, non sibi se æquiorem, quām reo præbeat. sed tua Cæsar præstans, singularisq; natura hunc mihi metum minuit. non enim tam timeo, quid tu de rege Deiotaro: quām intelligo quid de te cæteros

A loci inttolentia. uelis iudicare. moueor etiam loci ipsius insolentia: quod tantam caussam quanta nulla unquam in disce

## PRO DEIOTARO.

in disceptatione uersata est: dico intra domesticos parietes: dico extra conuentum, & eam frequentiam: in qua oratorum studia niti solent: in tuis oculis, in tuo ore, uultuq; acquiesco: te unum intueor: ad te unum omnis mea spectet oratio: quæ mihi ad spem obtainendæ ueritatis grauissima sunt: ad motum animi & ad omnem imperium dicendi contentionemq; ieiiora. hanc enim

C. Cæsar cauſsam si in foro dicerem eodem audiōte, & disceptante te: quantam mihi alacritatē Aetiolo-

tem populi Romani concursus afferret: quis enim ciuiſ ei Regi non faueret: cuius omnem ætatem

in populi Romani bellis consumptam esse meminifer: spectarem Curiam: intuerer forum: cæ

Ium deniq; testarer ipsum. sic cum & deorum immortalium, & populi Romani, & senatus beneficia in regem Deiotarum recordarer: nullo mo-

do mihi deesse posset oratio. quæ quoniā angustiora parietes faciunt: actioq; cauſæ maximæ

debilitatur loco: tuum est Cæsar, qui pro multis

sæpe dixisti: quid nunc mihi animi sit, ad te ipsum referre: quo facilius tum æquitas tua, tum audie-

di diligentia minuat hanc perturbationem meam. Sed antequam de accusatione ipsa dico: de

accusatorum spe pauca dicam. qui cum uideantur tur

Affectus.

Clausula exordii.

Ab accusa-  
toris spe  
dicti

E 5 tur cit, quod id

## O R A T I O

*nūt confi-  
lio dixi.  
mus.*

*Mēoris siue  
nēbūmēp.*

*sc̄d̄os.*

*Incremen-  
tum.*

*Ab ipsius  
dicto.*

tūr neq; ingenio, neq; usu, atq; exercitatione re-  
rum ualere:tamen ad hanc caussam non sine ali-  
qua spe & cogitatione uenerunt. Iratum te regi  
Deiotaro fuisse non erant nescij: affectum illum  
quibusdam incommodis & detrimentis propter  
offensionem animi tui meminerant: teq; cū huic  
iratum, tū sibi amicum cognouerant:cunq; apud  
ipsum te, de tuo periculo dicerent:fore putabāt,  
ut in exulcerato animo facile factum crimen insi-  
deret. Quamobrem hoc nos primum metu Cæ-  
sar per fidem, & constantiam, & clemētiam tuā  
libera:ne residere in te ullā partem iracundiæ su-  
spicemur. per dexteram te istam oro:quam Re-  
gi Deiotaro hospes hospiti porrexisti:istam in-  
quam dexteram, non tam in bellis, & in prælijs,  
quam in promissis & fide firmiorem. tu illius do-  
mum inire, tu uetus hospitiū renouare uoluisti:  
te eius dij penates acceperunt: te amicum & pla-  
catum Deiotari Regis aræ fociq; uiderunt. cum  
facile exorari Cæsar, tum semel exorari soles: ne-  
mo unquam te placauit inimicus: qui uillas resi-  
disse in te simultatis reliquias senserit. quanquā  
cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ:  
nunquam tu illum accusauisti ut hostem, sed ut  
amicum, officio parum functum: quod propen-  
sior

# P R O D E I O T A R O.

sior in Cn. Pompei amicitiam fuisset, quam in  
 tuam, cui tamen ipsi regi ueniam te daturū fuis-  
 se dicebas: si tu m auxilia Pompeio, uel si etiam fi-  
 lium misisset: ipse tamen excusatione ætatis usus  
 esset. Itaq; cū maximis eum rebus liberares per-  
 paruam amicitiae culpam relinquebas. Itaq; nō  
 solum in eum non animaduertisti: sed omni me-  
 tu liberauisti: hospitem agnouisti: regem reliqui-  
 sti, neq; enim ille odio tui progressus, sed errore  
 communi lapsus est. Is rex, quem Senatus hoc no-  
 mine saepē honorifcentissimis decretis appella-  
 uisset: quiq; eum illum ordinem ab adolescentia  
 grauissimum sanctissimumq; duxisset: ijsdem re-  
 bus est perturbatus, homo longinquus & alieni-  
 gena: qbus nos in media Rep. nati, semperq; uer-  
 sati. cum audisset senatus consentientis autorita-  
 te arma sumpta: Consulibus, Prætoribus, Tribu-  
 nis plebis, nouis Imperatoribus Rempu. defen-  
 dendam datam: mouebatur animo: & uir huic  
 Imperio amicissimus de salute populi Ro. exti-  
 mescebat: in qua etiam suam inclusam esse uide-  
 bat, in summo tamen timore quiescendū: sibi esse  
 arbitrabā. maxime uero perturbatus est. ut au-  
 diuit Consules ex Italia profugisse: omnesq; Con-  
 sulares, sic enī nūctabatur; cunctum Sena-  
 tum

Ab eius fa-  
cto.

Narratio  
 non huius  
 causæ  
 propria,  
 sed rerum  
 ad causam  
 pertinenti-  
 um, quo  
 pactoerro  
 re ductus  
 ad Pompe  
 um uene-  
 rit. &c.

## ORATIO

sum, totam Italiam esse effusam, talibus enim  
cisis & rumoribus patebat ad orientem via. nec  
ulli ueri subsequebantur. nihil ille de cōditionibus  
tuis, nihil de studio concordiae & pacis, nihil de  
conspiratione audiebat certorum hominum con-  
tra dignitatem tuam, quae cum ita essent: tamen  
usque eo se tenuit: quoad à Cn. Pompeio ad eum le-  
gati literaeque uenerunt. Ignosce, ignosce Cæsar, si  
eius uiri autoritati Rex Deiotarus cessit: quem  
nos omnes secuti sumus: in quem, cum dij atque  
homines omnia ornamenta cōcessissent: tum tu  
ipse plurima, & maxima, neque enim si tuæ res ge-  
stæ cæterorum laudibus obscuritatem attulerūt:  
siccirco Cn. Pompei memoriam amissimus. quan-

tum nomen eius fuerit, quantæ opes, quanta in  
omni genere bellorum gloria, quanti honores  
populi Romani, quanti Senatus, quanti tui, quis  
ignorat: tanto ille superiores uicerat gloria: quā-  
to tu omnibus præstidisti. Itaque Cn. Pompeij bel-  
la, uictorias, triumphos, consulatus admirantes  
numerabamus: tuos enumerare non possumus.  
Ad eum igitur Rex Deiotarus uenit hoc misero  
fatalisque bello: quem ante iustis hostilibusque bellis  
adiuuerat: quo cum erat non hospitio solum, ue-

Ab officio, rumeriam familiaritate coniunctus, & uenit, uel  
roga

## PRO DEIOTARO.

rogatus, ut amicus, uel accessitus ut socius, uel  
euocatus ut is qui Senatui parere didicisset. po-  
strem uenit ut ad fugientem, non ut ad inseque-  
rem: id est ad periculi, non ad uictorizæ societatem.  
Itaq; Pharsalico prælio facto, à Pompeio disces-  
sit: spem infinitam persequi noluit: uel officio, si  
quid debuerat: uel errori, si quid nescierat: satis-  
factum esse duxit, domum se contulit: teq; Alexā-  
drinum bellum gerente, utilitatibus tuis paruit.  
ille exercitum Cn. Domitiū amplissimi uiri, suis  
tectis, & copijs sustētauit: ille Ephesum ad eum, A meritis  
quem tu ex tuis fidelissimum & probatissimum in Cæsarē.  
omnibus delegisti: pecuniam misit: ille iterum, il-  
le tertio actionibus factis pecuniam dedit: qua  
ad bellum uteris: ille corpus suū periculo obie-  
cit: tecumq; in acie contra Pharnacem fuit, tuūq;  
hostem, esse duxit suum. Quæ quidem à te in eā  
partem accepta sunt Cæsar: ut eum amplissimo  
Regis honore & nomine afficeris. Is igitur non  
modo à te periculo liberatus, sed etiam honore  
amplissimo ornatus, arguitur domi te suæ inter  
ficerē uoluisse. quod tu, nisi eum furiosissimum iu-  
diccas: suspicari profecto non potes. ut enim omittam,  
cuius tanti sceleris fuerit, in conspectu deo-  
rum penitium necare hospitem: cuius tantæ im-  
por

Proposita  
tio.

Conferma  
tio ab in-  
pietate.

## O R A T I O

portunatatis omnium gentium, atque omnis membra  
ræ clarissimum lumen extinguere: cuius tantæ  
ferocitatis, viætorem orbis terrarum non extime  
scere: cuius tam inhumani, & ingratiani animi, à quo  
rex appellatus esset: in eum Tyrannum inueni-  
ri: ut hæc omittam: cuius tantæ furoris fuit: omnes

**A cōsequētibus.** Reges quorum multi erant finitimi: omnes libe-  
ros populos, omnes socios, oës prouincias, omnia

denique omnium arma contra se unum excitare:  
quo nam ille modo cum regno, cum domo, cum  
coniuge, cum clarissimo filio distractus esset: tan-  
to scelere non modo perfecto, sed etiam cogita-

**Anthypo- phora.** At credo hæc homo inconsultus & temera-  
rius non uidebat: quis consideratior illo: quis re-  
ctior: quis prudentior: quamquam hoc loco Deio-  
tarum non tam ingenio, & prudentia, quam fide  
& religiōe uitæ defendendum puto. nota tibi est

**A Cæsarī cōscientia de morū regis integritate.** hominis probitas C. Cæsar: noti mores: nota cō-  
stantia. cui porro, qui modo populi Romani no-  
men audiuimus: Deiotari integritas, grauitas, uir-  
tus, fides, non sit audita: quod igitur facinus, nec

in hominem imprudentem cadere posset, pro-  
pter metum præsentis exitij: nec in facinorosum,  
nisi esset idem amentissimus: id uos & à uiro opti-  
mo, & ab homine minime stulto cogitatum esse  
con-

## PRO DEIOTARO.

confingitis. At quām non modo non credibili-  
ter, sed ne suspiciose quidem. Cum inquit in ca- MINUTUS.  
stellum Luceium uenisses: & domum Regis ho-  
spitis tui diuertisses locus erat quidam: in quo  
erant ea composita: quibuste Rex munerare cō-  
stituerat. huc te ē balneo, priusquam accumbe-  
res:ducere uolebat. ibi enim erant armati, qui te  
interficerent: in eo ipso loco collocati. En crīmē, Ab accusa-  
torū stoli-  
ditate in  
fingenda  
crimine.  
en causa, cur Regem fugitiūs, dominum ser-  
uus accusat. Ego me hercule Cesar initio, cum est  
ad me ista caussa delata: Phidippum medicum,  
seruum regium, qui cum legatis missus esset ab  
ipso adolescentē existimauit esse corruptum. hac  
suspicione sum perculsus: medicum indicem sub-  
ornabit: finget uidelicet aliquod crimen ueneni.  
& si à ueritate longe, tamen à consuetudine cri-  
minandi non multum res abhorrebat. Quid ait  
medicus: nihil de ueneno. at id fieri potuit, pri-  
mo occultius in potionē, uel cibo, deinde etiam  
imp̄fnius fit: quod, cum est factum: negari po-  
test. si palām te interemisset: omnium in se gen- Afaciliort  
tium non solum odia sed etiam arma conuer- A cōsequē-  
tibus,  
tisset. si ueneno: Iouis illius quidem hospitalis nu-  
men nunquam celare potuisset: homines uero  
fortasse celasset. quod igitur & occultius cona-

## ORATIO

**Clausula à faciliori** ri, & efficere cautius potuit: id tibi & medico cal  
 lido, & seruo, ut putabat, fidelis non credidit e de  
 armis, de ferro, de insidijs celare te noluit? At quā  
 festiue crimen contexitur? Tua te inquit eadem,  
 quae semper fortuna seruauit. negauisti tum te  
**Confutatio à tuis locis na- ipura.** inspicere uelle. quid postea? an Deiotarus re illo  
 tempore non perfecta, continuo dimisit exerci-  
 tum? nullus erat aliis insidiandi locus? At codē  
 te cum cœnauisses redditū dixeras. itaq; fecisti.  
 horam unam aut duas eodem loco armatos, ut  
 collocati fuerant, retinere magnum fuit? cum in  
 conuiuio comiter & iucunde fuisses: tu illuc iuisti  
 ut dixeras. quo in loco Deiotarum talem erga te  
**Ab exemplis.** cognouisti: qualis rex Attalus in P. Africanus  
 fuit: cui magnificentissima dona ut scriptum le-  
 gimus usq; ad Numantiam misit ex Asia: quæ A-  
 fricanus inspectate exercitu accepit. Quod cum  
 præsens Deiotarus regio & animo, & more fe-  
 cisset: tu in cubiculum discessisti. Obscurro Cæsar  
 repece temporis illius memoriam: pone illum an-  
 te oculos diem: uultus hominum te intuentium,  
**Confutatio à si- gnis ince- dentibus.** atq; admirantium recordare. num quæ trepida-  
 tib; num qui tumultus: nunquid, nisi moderate,  
 nisi quiete. nisi ex hominis grauissimi & sanctissimi  
 disciplina? quid igitur caussæ excogitari po-  
 test?

## PRO DEIOTARO.

test: cur te lautū uoluerit, cœnatum noluerit occidere: in posterū inquit diē distulit: ut cū in castellū Luceiū uentū esset: ibi cogitata perficeret. Nō video causam loci mutandi: sed tñ acta res criminose est. cū ingt uomere te post cœnā uelle dixisses: in balneū te ducere cœperūt. ibi eī erant insidiæ. at te eadē tua fortuna seruauit. in cubiculū te ire malle dixisti. Dij te pdant fugitiue: ita nō mō Imprecationā, & improbus, sed & fatuus & amens es, qd: ille signa ænea in insidijs posuerat: quæ ē balneo in cubiculū transferri non possent: habes cri Confutatio mina infidiarū. nihil eī dixit amplius. horū ingt erā cōscius. quid tū: ita demens ille erat: ut eum, quē consciū tāti sceleris habebat: à se dimitteret: Romā etiā mitteret: ubi & inimicissimū sciret eī se nepotē suū, & C. Cæsarem, cui fecisset infidias: A regis fa p̄s̄s̄t̄im cū is unus esset: qui posset de absente tat. Confutatio reliquæ partis accusatiōnis.

F REX

## O R A T I O

A numero militum. Rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellū populo Ro. posset, sed quibus fines suos ab excursionibus hostiū, & latrocinijs tueretur, & imperatoribus nostris auxilia mitteret. Atque antea quidem maiores copias alere poterat: nunc exiguas uix tueri potest.

Confutatio. At misit ad Cælum nescio quem, sed eos quos misit, quod ire noluerunt, in uincula coniecit. non quero quām uerisimile sit, aut non habuisse Regem quos mitteret: aut eos, quos misisset, non paruisse, aut qui dicto audientes in tanta re non fuissent, eos uinculos potius q̄ necatos fuisse. sed tamen cum ad Cælum mittebat: utrum caussam illam uictam esse nesciebat: an Cælum istum magnum hominē putabat? quē profecto is, qui optime nostros homines nouit:

Aliæ confutatiunculæ. uel quia non nosset: uel si nosset, conteneret. Ad didit etiam illud, equites non optimos, misisse, ueteres credo Cæsar: nihil ad tuū equitatū. sed misit ex ijs quos habuit, electos. At nescio quem ex eo numero seruum iudicatū. non arbitror, nō audiui. sed in eo, etiam si accidisset: culpā regis nullam fuisse arbitrarer. Alieno aut à te animo fuit.

A regis factocofutat. quō desperauit credo difficiles tibi Alexandriæ fore exitus propter regionis naturam, & fluminis. At eo ipso tempore pecuniam dedit; exercitum aluit

## PRO DEIOTARO.

aluit: quem Asia preſeceras, & nulla in re defuit,  
tibi uictori non ſolum ad hospitium, ſed ad peri-  
culum etiam, atq; ad aciem præſto fuit. Secutum  
eſt bellum Africanū. graues de te rumores spar-  
ſi, qui etiam furioſum illum Cæliū excitauerunt.  
quo tu erga te rex animo fuit? qui auctionat⁹ ſit,  
ſeſeçp expoliare maluerit: q̄ tibi pecuniam non  
ſubministrare. At eo inquit tēpore ipſo Niceam,  
Ephesumq; mittebat: q̄ rumores Africanos exci-  
perent, & celeriter ad ſe referrent. itaq; cum eſ-  
ſet ei nunciatum, Domitium naufragio perijſſe,  
te in castello circuſederi: de Domitio dixit uer-  
ſum Græcum eadem ſententia, qua etiam nos ha-  
bemus Latinum: Per eant amici dum unā inimi-  
ci intercidāt. quod ille, ſi eſſet tibi inimiciflmuſ,  
nunquam tamen dixiſſet. ipſe em̄ mansuetus, uer-  
ſus immanis. qui autē Domitio poterat eſſe ami-  
cūs, qui tibi eſſet inimicus? tibi porrō inimicus  
cur eſſet? à quo cum uel interfici belli lege po-  
tuſiſſet: regem & ſe, & filium ſuum conſtitutoſ eſ-  
ſe meminiſſet: Quid deinde furcifer? quo progre-  
ditur: ait hac laetitia Deiotorum elatum, uino ſe  
obruiſſe: in conuiuioque nudum faltauſiſſe. quā  
crux huic fugitiuo potest ſatis ſupplicij afferre?  
DEIOTArum saltantem quisquam aut ebrium

Purgat de  
ſpeculis.

A repugnat

Ab acce-  
pro beneſi-  
cio conſu-  
tat.

Confuta-

tio a regi-

F 2 uidit

## O R A T I O

morū inter uidit unq; omnes sunt in illo rege uirtutes, qd regitate.

Cæsar ignorare non arbitror: sed præcipue singularis, & admiranda frugalitas. & si hoc uerbo scio laudari Reges non solere. frugis hominē dicī, non multū laudis habet in rege. fortē, iustum, severū, grauē, magnanimū, largū, beneficū, libera lē, hæ sunt regiæ laudes. illa priuata est. ut uolet quisq; accipiat, ego tñ frugalitatē, id est modestiam & tēperatiā uirtutē esse maximā iudico. hæc in illo est ab ineunte ætate, tū à cuncta Asia, tum à magistratibus legatisq; nostris, tū ab Equitib;

A testimo Romanis, qui in Asia negotiati sunt, perspecta nio equi- & cognita multis ille quidē gradibus officiorum tū Roma- erga remp. nostrā ad hoc regiū nomen ascendit.

sed tñ quicquid à bellis po. Ro. uacabat: cū hominibus nostris consuetudines, amicitias, res, rationesq; iungebat: ut nō solū Terrarcha nobilis, sed optimus pater familiās, & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur, qui igitur adolescēs nondū tanta gloria præditus nihil unq; nisi seuerissime & grauissime fecerit: is ea existimatione,

eaq; ætate saltauit. Imitari poti⁹ Castor autem mo- res, disciplinamq; debebas, q; optimo & clarissi- mo uiro fugitiui ore maledicere. quod si saltato- rē auū habuisses: neq; eū uirum, unde pudoris pu- dici

Ab ætate  
confutat:

## PRO DEIOTARO.

dicitur ex exempla peterentur: tñ hoc maledictū  
minime in illā ætate conueniret, quibus ille stu-  
dijs ab ineunte ætate se imbuerat: non saltandi,  
sed bene ut armis, optime ut equis uteret, ea tñ  
illum cuncta iam ætate exacta defecerant. Itaq;  
Deiotarum cū plures in equū sustulissent, quod  
hærere in eo senex posset, admirari solebamus.  
Hic uero adolescēs, q; me<sup>o</sup> in Cilicia miles, in Græcia  
cōmilito fuit, cū in illo nostro exercitu equi-  
taret cū suis delectis equitibus: quos unā cū eo ad stōrē inue  
Pompeium pater miserat, quos concursus facere hitur.  
autem atq;  
solebat: q; se iactare: q; se ostentare: q; nemini in  
illa caussa studio & cupiditate concedere: cū ue  
ro exercitu amissō, ego qui pacis semper autor  
fui: post Pharsalicum autem prælium suasor fuis  
sem armorū non deponendorū, sed abiiciendorū:  
hunc ad meam autoritatē nō potui reuocare, qd  
& ipse ardebat studio ipsius belli, & patrii satisfa  
ciendum esse arbitrabatur. felix ista domus, quæ  
nō impunitatē solū adepta sit, sed accusandi etiā  
licentiā. calamitosus Deiotarus: qui ab eo, qui in  
ijsdem castris fuerit, non mō apud te, sed etiam à  
suis accusetur. uos uestra secunda fortuna Castor  
non potestis sine propinquorū calamitate esse cō  
centi. Sint sanè inimicitiae, quæ esse non debebāt.

## ORATORIAE.

rex enim Deiotarus uestram familiam abiecit,  
& obscuram è tenebris in lucem uocauit . quis tu  
meritisce  
**A regis**  
um patrem antea , qui esset , q̄ cuius gener esset ,  
lus exag  
audiuit? sed quamuis ingrate , & impie necessitu  
gerat.  
dinis nomen repudiaueritis , tamen inimicitias  
hominum more gerere poteratis: non facto cri  
mine insectari; non expetere uitam , non capit is  
arcessere. Esto concedatur hæc quoque acerbita  
tis & odij magnitudo . adeo ne ut etiam omnia  
uitæ, salutisq̄ communis , atq̄ etiam humanita  
tis iura uiolentur: seruum solicitare uerbis , spe ,  
præmijsc̄ corrumperet, adducere domum , con  
tra dominum armare, hoc est nō uni propinquu  
sed omnibus familijs bellum nefarium indicere.  
nam ista corruptela serui si non modo impunita  
fuerit, sed etiam à tanra autoritate approbata,  
nulli parietes nostram salutem, nullę leges, nulla  
iura custodient. ubi enim id, quod intus est, atque  
nostrum , impune euolare potest: contraq̄ nos  
pugnare, fit in dominatu seruitus, in seruitute do  
minatus. O tempora, O mores: Cn. Domitius il  
le, quem nos pueri Consulē, Censorē, Pontificem  
maximū uidimus: cū Tribunū plebis M. Scaurū  
principem ciuitatis in iudiciū populi uocauisset:  
Scauriq̄ seruus ad eum clam domum uenisset: &  
crim

z̄d̄os à  
crudeli Ca  
storis fa  
cto.

Exclama  
tio.  
Ab exem  
plo exag  
gerat.

## PRO DEIOTARO.

crimina in dominum delaturum se esse dixisset:  
comprehendi hominem iussit: ad Scaurumq; de-  
duci. uide quid intersit: & si inique Castorem Do-  
mitio comparo. sed tamen ille inimico seruū re-  
misit. tu ab auo abduxisti. ille incorruptum audi-  
re noluit. tu corrupisti. ille adiutorem seruū con-  
tra dominum repudiauit: tu etiam accusatorem  
adhibuisti. At semel iste est corruptus à uobis:  
nōnne cum esset product⁹, & cūm tecum fuisset:  
refugit ad legatos: nōnne etiam ad hunc Cn. Do-  
mitium uenit: nōnne audiente hoc Ser. Sulpitio  
clarissimo uiro, qui tum casu apud Domitiū cœ-  
nabat: & hoc T. Torquato optimo adolescentे,  
se à te corruptum, tuis promissis in fraudem im-  
pulsum esse confessus est: Quæ est ista tam impu-  
dens, tam crudelis, tam immoderata inhumani-  
tas? Idcirco in hanc urbem uenisti: ut huius ur-  
bis iura & exempla corrumperes: domesticaq;  
tua inhumanitate nostræ ciuitatis humanita-  
tem inquinares? At quām acute collecta crimi-  
na? Blesamius inquit, eius enim nomine optimi  
hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi: ad Re-  
gem inquit scribere solebat, te inuidiose Tyran-  
num existimari: statua inter Reges posita ani-  
mos hominum uehementer offendens: plaudi tibi

A contra-  
rijs ampli-  
ficat.

Ab ipsius  
confessio-

Confusa  
tio de Bla-  
samij ad  
Deiotarū  
literis.

## O R A T I O

nō solere. nōne intelligis Cæsar, ex urbanis ma-  
liuolorum sermunculis hęc ab istis esse collecta?  
Blesamius Tyrannū Cæsarē scribebat: multorū  
*epuvetia.* eīm ciuiū capita uiderat: multos iussu Cæsaris ue-  
xatos, uerberatos, necatos: multas afflictas, &  
euersas domos armatis militibꝫ refertū forum?  
quę semp in ciuili uictoria sensimus, ea te uictore  
nō uidimus. solus inquā es C. Cæsar cuius in uicto-

A clemen- ria ceciderit nemo nisi armatus. & quē nos liberi-  
tia Cæsa- in summa Reip. libertate nati non mō non Ty-  
ris. rannum, sed etiā clementissimū in uictoria uide-  
mus ducē: is Blesamio, qui uiuit in regno, Tyran-

Confuta- nus uideri potest? Nam de statua quis queritur?  
tio de sta- una præsertim: cū tam multas uideat? ualde eīm  
tuæ plau- inuidendū est eius statuę: cuius tropheis non inui-  
su. demus. nam si locus affert inuidiam nullus locus  
est ad statuā quidē rostris clarior. De plausu aut  
quid respondeā? qui nec desideratus unq à te est:  
& nonnunq obstupefactis hominibus ipsa admi-  
ratione compressus est: & fortasse eò prætermis-

Epilogus. sus quia nihil vulgare te dignū uideri potest. Ni-  
hil à me arbitror prætermissum: sed aliquid ad  
extremam caussæ partē reseruatū. id autem ali-  
quid est, te ut planè Deiotaro reconciliet oratio  
mea. non enim iam metuo, ne tu illi succenseas:  
illud

# PRO DEIOTARO.

illud uereor, ne tibi illū succensere aliquid suspi-  
tere, quod abest longissime mihi crede Cæsar, qd  
nim retineat per te meminit: non quid amiserit,  
neq; se à te multatum arbitratur, sed cum existi-  
naret multis tibi multa esse tribuenda, quæ mi-  
nus assequi in altera parte potuisset: ea sumeres  
ab illo non recusauit. Etenim si Antiochus ma-  
gnus ille rex Asiae, cū postea q; à Scipiœ deuictus à maiori.  
Taaro tenus regnare iussus esset: omnemq; hanc  
Asiam, quæ est nunc nostra prouincia, amisisset:  
dicere est solitus: benigne sibi à populo Ro. esse  
factum, quod nimis magna procuratione libera-  
tus modicis regni terminis uteretur: potest mul-  
to facilius se Deiotarus consolari. ille enim furo-  
ris multā sustinuerat: hic erroris omnia tu Deio-  
taro Cæsar tribuisti, cū & ipsi & filio nomen re-  
gium concefisti. Hoc nomine retento atq; conser-  
uato, nullū beneficium po. Ro. nullum iudicium  
de se senatus imminutū putat: magno animo &  
erecto est, nec unq; succumbet inimicis: ne fortu-  
næ quidem. multa se arbitratur & peperisse an-  
tea factis, & habere in animo atque uirtute, quæ  
nullo modo possit amittere. quæ enim fortuna?  
aut quis casus: aut quæ tanta possit iniuria, oīm  
Imperatorum de Deiotaro decreta delere! ab

Ab exem-  
plo ducto

Aetiologya.

A regis in-  
dicio.

F 5 om̄i

## ORATIO

omnibus enim est ornatus: qui postq; in castris ei  
se potuit per aetatem: in Asia, Cappadocia, Pon-  
to, Cilicia, Syria, bella gesserunt: senatus uero iu-  
dicia de illo tam multa, tamq; honorifica, que pu-  
blicis populi Ro. literis, monumentisq; consigna-  
ta sunt: quæ unquā uetus obrueret: aut quæ tan-  
ta delebit obliuio: quid de uirtute eius dicam: qd  
de magnitudine animi: grauitate: cōstantia: que  
omnes docti ac sapientes summa, quidam etiam  
sola bona esse dixerunt. hisq; non modo ad bene-  
sed etiam ad beatæ uiuendum contentam uirtu-  
tem esse. Hæc ille reputans, & dies & noctes co-  
gitans, non modo tibi non succenset ( esset enim  
non solum ingratus, sed etiam amens ) uerū oēm  
tranquillitatem & quietem senectutis acceptam  
refert clementiæ tuæ. quo quidē animo cum an-  
tea fuit: tum non dubito quin tuis literis, quarum  
exemplum legi, quas ad eum Tarracone huic  
Blesamio dedisti: se magis etiam erexerit: ab o-  
mnique solicitudine abstraxerit. iubes enim  
eum bene sperare, & bono esse animo. quod scio  
te non frustra scribere solere. memini enim ijsdē  
ferè uerbis ad me te scribere: meq; tuis literis be-  
ne sperare non frustra esse iussum. Laboro equi-  
dem regis Deiotari caufsa, quo cum mihi amici-  
tiam

A datis ad  
regem li-  
teris recō-  
ciliat.

A studio  
& cura.

## PRO DEIOTARO.

tiam Resp. conciliauit: hospitium uoluntas utri-  
usq; coniunxit: familiaritatem consuetudo attu-  
lit: summam uero necessitudinem magna eius of-  
ficia in me, & in exercitum meum effecerunt: sed  
cum de illo labore: tum de multis amplissimis vi-  
ris, quibus semel ignotum à te esse oportet, nec  
beneficium tuum in dubium uocari: nec hærere  
in animis hominum solitudinem sempiternā;  
nec accidere, ut quisquam te timere incipiat eo-  
rum, qui semel à te sint liberati timore. Non de-  
beo C. Cæsar quod fieri solet in tantis periculis  
tentare: quo nam modo dicendo misericordiam  
tuam commouere possim, nihil opus est. occurre-  
re ipsa solet supplicibus, & calamitosis nulli⁹ ora-  
tione euocata. propone tibi duos reges, & id aīo  
contēplare, qd oculis non potes, dabis profecto  
misericordiæ: quod iracundiæ negauisti. multa  
sunt tuæ clementiæ monimenta, sed maxime eo-  
rum incolmitates: quibus salutē dedisti. quæ si  
in priuatis gloria sunt, multo magis cōmemo-  
rabunt in regibus. semp regium nomē in hac ci-  
uitate sanctū fuit. sociorū uero regū, & amicorū  
sanctissimū. qd nomē hi reges ne amitterēt, te ui-  
tore timuerunt, retentū uero, & à te confirma-  
rum posteris etiam suis tradituros esse confido.  
corpora

Incremē-  
tum.

Cur affe-  
ctus non  
moveat.

## O R A T I O

A testimo  
ni legato  
rū traden  
ti se Cæ-  
sari pro fa-  
lute regū  
suorum.

corpora uero sua, pro salute regū suorū hi lega-  
ti tibi regij tradunt, Hieras, & Blesamius, & An-  
tigonus tibi, nobisq; omnibus iā diu noti, eadēq;  
fide & uirtute præditus Dorialus : qui nuper cū  
Hiera legatus est ad te missus: tum Regum ami-  
cissimi, tū tibi etiam probati, ut spero. Exquire  
de Blesamio, nunquid ad Regem contra dignita-  
tem tuam scripsiterit & Hieras quidē cauissim oēm  
fuscepit, & criminibus illis pro Rege se supponit  
reum, memoriam tuā implorat: qua uales pluri-  
mū. negat unq; se à te in Deiotari Tetrarchia pe-  
dem discessisse, in primis finibus tibi se præsto fuis-  
se dicit, usq; ad ultimos prosecutū: cum ē balneo  
exisses, tecum se fuisse, cum illa munera inspexis-  
ses cœnatus: cum in cubiculo recubuisses: eandēq;  
affiduitatem tibi se præbuisse postridie, quāob-  
rem, si quid eorum, quæ obiecta sunt, cogitatum  
sit: nō recusat, quin id facinus suum iudices. Quo

Clausula.

circa C. Cæsar uelim existimes, hodierno die sen-  
tentiam tuam aut cum summo dedecore miserri-  
mam pestem importaturā esse regibus, aut inco-  
lumem famam cum salute. quorum alterū opta-  
re illorū crudelitatis est, alterum conseruare cle-  
mentiæ tuæ.

FINIS.

ARGV

## ARGUMENTVM ORATIO

### NIS FABIANAЕ.

**Q** Fabius Maximus secundi belli Punici cum Annibale regēdi solertia, rerūq; gestarum gloria nulli Rhomæ secundus, cum iam senex uideret Pu. Scipionem admodum iuuenem totam Hispaniam cæsis pulsisq; Pœnis in populi Rhomani potestate redegisse, Rhomamq; reuersum ingenti ciuium fauore cōsulem creatum ad bellum conficiendum, statuisseq; in Africam bellum trāsferre trahendi ex Italia Annibal's causa, atq; hac de re eo animo ad senatum referre, ut si hic non impetraret cū populo ageret, rogatus sententiam, consilium Scipionis, siue inuidia, siue reipu. periculo commotus totum improbat: dissuaderetq; ante in Africā traijciendum, quam Annibal Italia sit pulsus.

## DE GENERE ET STATV ORATIONIS.

**S**Vasori generis oratio est: ut qua dissuaderet reliquo in Italia Annibale Consulem Scipionem in Africam exercitum trāsportare. Status autem conjecturalis esse potest. Scipione emēre reipu. esse arbitrante ut secum traheret Annibalem, transferre in Africam bellum, Fabio contra id minime expedire contendente, conjectura nascitur, an expeditat reliquo in Italia cū integro exercitu

exercitu Annibale, Scipionē in Africam traijce-  
re. Quanquam genus deliberatiū & demonstra-  
tiū, quę multū inter se cōmune habēt nullas sā-  
pe habeant quæstiōes: nempe si eiusmodi res lau-  
det, aut suadeat, aut contra, quæ in dubiū uocari  
nequit: ut deorum laus, et recte factorū. Neq; enim  
si quis deos laudet, aut colendos suadeat, recteq;  
facta laudibus uehat, aut sequēda hortetur, fore  
quæstiōem, ullūmue trium statuū an, quid, qua-  
lēue sit, & præsertim in laude arbitror.

## DE PARTIBVS ORATIONIS.

**E**xorsus à caussæ circumstantia frustra habi-  
turum orationē, qui tanq; de integra re, de  
Africa prouincia sententiā dixerit: & quia  
natura cūctatiō factus ad res gerēdas putabat,  
crescentiō Scipionis gloriæ inuidere, omnē suæ  
cunctatiōis atq; inuidiæ suspicionē amouet. Nar-  
ratio ut in suasorijs ferè solet nulla hic est: qd de  
eo satis cōstabat, qd dissuasurus erat. Rarē in sua  
sorijs narratiōes: propositione res indicari solet,  
quam itē hic omisit, qd satis apparebat qd dissua-  
deret. Dissuadet aut̄ alijs atq; alijs argumētis: à  
psona hostis, à copijs, à periculis, alijs atq; alijs.  
Porrò ita densa argumentis oratio est, ut haud  
paruū operē pretiū fuerit transfundere exercēdi  
stili causa in uberius dicēdi genus. Postremo Epi-  
logum subiçit, atq; adeò sententiam suam.

# ORATIO

Q. FABII MAXIMI EX LIVIO

De Pu. Scipionis in Africam  
traiectione.

**S**CIO multis uestrum uideri patres cōscripti, Exordiū  
rem actam hodierno die agi, & frustra ha- a cause cīr  
biturum orationem: qui tanquam de integra re  
de Africa prouincia sententiam dixerit. Ego autē  
primum illud ignorō: quemadmodum certa iam  
prouincia Africa cōsulis uiri fortis ac strenui sit:  
quam nec senatus censuit in hunc annum prouin Dilemma  
ciam esse: nec populus iussit. deinde, si est: cōsulem  
peccare arbitror: qui de re transacta simulando  
se referre, senatum ludibrio habet: non senatorē  
modo: qui de quo cōsulitur: suo loco dicit senten- Occupa-  
tiam. Atq; ego certū habeo: dissentienti mihi ab tio, qua cū  
ista festinatione in Africam traiiciendi, duarū re stationis  
rum subeundam opinionem esse. unius: insitae in inuidiæ q;  
genio meo cunctationis. quā metum, pigritiāq; amouet,  
homines adolescētes sanè appellant: dum me nō  
pœnitēat: adhuc aliorum speciosiora primo aspe- cionem  
cta consilia semper uisa: mea usu meliora. alte- suæ suspic  
rius: obtrectationis atq; inuidiæ aduersus crescē- ionem  
tem in dies gloriam fortissimi consulis. A qua  
suspitione

## O R A T I O

**A b a c t a u i  
t a & e t a t e** suspicioe si me nego uira acta, & mores mei, nego  
dictatura cu quinq consulatibus, tantumq glo-  
se purgat. riæ belli domiq partum uindicat: ut propius fa-  
stidium eius sim, quam desiderium: etas saltem li-

**A b exēplo  
suo ducto  
& majori.** beret, quæ enim mihi æmulatio cum eo esse po-  
test: qui ne filio quidem meo æqualis sit: Medicta  
torem, cum uigeret adhuc uiribus, & in cursu ma-  
ximarum rerum essem: recusantem nemo aut in  
senatu, aut apud populum audiuit: quo minus in  
sectante me magistro equitum (quod fando nun  
quam ante auditum erat) imperium mecum æqua-  
retur, rebus, q̄ uerbis assequi malui: ut qui aliorū  
iudicio mihi comparatus erat: sua mox confessio-  
ne me sibi præferret. nedum ego perfunctus ho-  
noribus certamina mihi, atq̄ æmulationem cum  
adolescente florentissimo pponam. uidelicet ut  
mihi iam uiuendo, non solū rebus gerendis fesso,  
si huic negata fuerit: Africa, puincia decernatur.  
cum ea gloria, quæ parta est: uiuendum, atq̄ mo-  
riendum est. Vincere ego prohibui Annibalē: ut  
à uobis, quorū uigent nunc uires, etiam uinci pos-  
set. Illud te mihi ignoscere P. Cornelii & quū erit:  
si, cum in me ipso nunquam pluris famam homi-  
num, quam Remp. fecerim: ne tuam quidem glo-  
riam bono publico pponam, quamquam, si aut-  
bellū

Q. F A B II.

bellum nullū in Italia, aut is hostis esset: ex quo  
uicto nihil gloriæ quereretur: q̄ te in Italia reti-  
neret: et si id bono publico faceret: simul cum bel-  
lo materiam gloriæ tuæ ire creptum uideri pos-  
set. cum uero Annibal hostis incolumi exercitu  
quartumdecimum annum Italianam obsideat: pœ-  
nitebit te P. Cornelii gloriæ tuæ: si hostem eum, A persona  
qui tot funerum, tot cladium nobis causa fuit: hostis ex-  
tu consul Italia expuleris? & sicut penè C. Lu- ercitū &  
Etatiū prioris punici perpetrati belli titulus fuit: suadet in  
ita penè te huius fuerit: nisi aut Amilcar Anni- Africam  
bali dux est præferendus: aut illud bellum huic: trācien-  
aut uictoria illa maior clarior? quām hæc(mo- dum. Ab absur-  
do contingat ut te consule uincamus) futura est. do.  
Ab Drepano, atq̄ Eryce detraxisse Amilcarem, Ab ipsis  
quām Italia expulisse Pœnos, atq̄ Annibale ma- cōfessiōe,  
lis? Ne tu quidem, (et si magis partam, quām spe  
ratam gloriam amplecteris:) Hispania potius,  
quām Italia bello liberata gloriatus fueris. Non  
dum is est Annibal: quem non magis tenuisse ui-  
deatur: quām contempfisse: qui aliud bellum ma-  
luerit. Quin igitur ad hoc accingeris? nec p̄ istos  
circuitus, ut cū in Africam traieceris: secuturum  
te illuc Annibalem speres: potius, q̄ recto hinc  
Ep̄st̄mæ  
quo urget

G itine

## ORATIO

*itinere, ubi Annibal est: eò bellum intendis? Egre  
A natura gerēdarū  
terum.*

*giam istam palmam belli punici peracti petis?  
hoc & natura prius est: tua cum defenderis: aliena ire oppugnatum. pax ante in Italia, quām bellum in Africa sit, & nobis prius decedat timor: q[uod] ultra alijs inferatur. si utrungq[ue] tuo ductu, auspicioꝝ fieri potest: Annibale hic uicto, illic Carthaginem expugna. si alterutra uictoria uobis consulibus relinquenda est: prior cum maior clari-*

*Ab inopia  
ararij.*

*riorq[ue], tum causa etiam in sequentis fuerit. Nam nūc quidem præterquā qd & in Italia, & in Africa duos diuersos exercitus alere ærariū non pōt unde classes tuemur, præterquā qd: unde cōmeatib[us] sufficiamus præbendis, nihil reliq est: per-*

*A pericu-  
lis dissua-  
det.*

*culi tandem quantū adeatur, quē fallit? P. Licinius in Italia, P. Pcipio bellum in Africa geret. Quid si (quod omnes dij omen auertant, & dicere etiā reformat animus: sed quæ acciderūt: accidere possunt) & uictor Annibal ire ad urbem perget: tum demum te consulem ex Africa, sicut Q. Fuluium à Capua, accersemus? Quid quod in Africa,*

*Ab exem-  
pto pater  
no.*

*quoq[ue] mars cōmunis belli erit? Domus tibi tua pater patruusq[ue] intra XXX. dies cum exercitib[us] cæsi documento fint: ubi per aliquot annos maxi-*

*mis*

## Q. FABII.

mis rebus terra, mariq; gerendis amplissimū no-  
men apud exterā gentes populi Rhomani, ue-  
straeq; familiæ fecerant. Dies me deficit: si reges  
imperatoresq; temere in hostium terra trans-  
gressos cum maximis cladib<sup>s</sup> suis, exercituumq;  
suorum, enumerare uelim. Athenienses, pruden-  
tissima ciuitas, bello domi relicto, autore æque

Ab exem-  
plo Athe-  
niensium.

impigro atq; nobili iuuene magna classe in Sici-  
liā transmissa, una nauali pugna florentē Rēpu-

suam in perpetuum affixerūt. Externa, & nimis Ab recēti  
antiqua repero. Africa eadē ista, & M. Attilius, exemplō  
insigne utriusq; fortunæ exemplum, nobis docu- Attiliñ Re-  
guli.

mento sint. Næ tibi P. Corneli, cum ex alto Afri-  
cam conspexeris: Iudus, & iocus fuisse Hispaniæ  
tuæ uidebuntur. quid enim simile? Pacato mari Collatio  
præter oram Italiæ, Galliaq; uectus Emporias quæ res ge-  
in urbem sociorū classem appulisti, & expositos eleuat.  
milites per tutissima omnia ad socios, & amicos  
populi Rhomani Tarraconem duxisti: ab Tar-  
racone deinde iter per præsidia Romana: circa  
Iberum exercitus patris, patruiq; tui, post amicos  
sos imperatores ferociores calamitate ipsa facti:  
dux, tumultarius quidem ille, L. Martius, & mi-  
litari suffragio ad tempus lectus: cæterum si no-

G 2 bilitas

## ORATIO

bilitas, ac iusti honores adornarent: claris imperatorib<sup>o</sup> qualibet arte belli par: oppugnata per summum otium CARTHAGO: nullo trium punicorum exercituum socios defendant. Cætera neq; ea eleuo: nullo tamen modo Africo bello comparanda. ubi non portus ullus classi nostræ aperitus: non ager pacatus: non ciuitas socia: non rex amicus: non consistendi usquā locus: non procedendi. quacunq; circumspexeris: hostilia omnia,

**Anthypo** atq; infesta. An Syphaci, Numidisq; credis? satis phora bar sit semel creditum. non semper temeritas est febaris regi lix. & fraus fidem in paruis sibi præstruit: ut cum operæ pretiū sit: cū mercede magna fallat. Nō hostes patrem, patruūq; tuum armis, prius q; Celti parentūq; exemplis. beris socij fraude circuuerunt. nec tantum tibi Ab ipsis A natura ipsi à Magone, & Asdrubale hostiū ducibus, quā- & igenijs tum ab Indibili, & Mandonio in fidem acceptis hostiū pe- periculi fuit. Numidis tu credere potes, defectio nū militum tuorū expertus? Et Syphax, et Ma sanissa se, q; Carthaginenses, malunt potentes in Africa esse: Carthaginenses: q; quēquam alium: nunc illos æmulatio inter se, & omnes causæ cer taminum acuunt: quod procul externus metus est. ostende Romana arma, exercitum alienige-

## Q. F A B I I.

nam:iam uelut ad cōmune restinguendum incen  
concurrent: Aliter ijdem illi Carthaginēses Hi-  
spaniam defenderunt: aliter mœnia patriæ, tem  
pla deūm, aras, & focos defendant: cum eentes  
in prælium pauida prosequetur coniunx: & par  
ui liberi occursabunt. Quid porrò si satis confisi Aliud à cō  
Carthaginenses consensu Africæ , fide sociorum iectura pe  
regum,mœnibus suis,cū tuo exercitūsq; tui præ-  
fidio nudatam Italiam uiderint:ultrò ipsi nouū  
exercitum in Italiam aut ex Africa miserint? aut  
Magonem,quem à Balearibus classe transmissa  
iam prater oram Ligurū alpinorum uectari cō  
stat: Annibal se coniungere iusserint? nempe in  
eodem terrore erimus: in quo nuper fuim⁹: cum  
Asdrubal in Italiam transcendit. quem tu,qui nō  
solum Carthaginem,sed omnem Africam exer-  
citū tuo es clausurus: è manib⁹ tuis in Italiam emi-  
fisti. Victum à te dices.eo quidem minus uelle, & Confuta-  
id tua, non Reip. solum causa, iter datū uicto in tiuncula.  
Italiā esse. Patere nos omnia, quę prospera ti-  
bi,& populi Romani imperio euenerē:tuo con-  
filio assignare:aduersa casib⁹ incertis bellis,& for-  
tunę legare.quo melior,fortiorq; es:eo magis ta-  
lem præsidem sibi patria, atq; uniuersa Italia re  
G 3 tinet

## O R A T I O

Inuersio

tinet. Non potes ne ipse quidem dissimulare: ubi Annibal sit: ibi caput, atq; arcem huius belli esse.

Ab ipsius  
iudicio.

quippe qui pr̄ te feras: eam tibi causam esse trai-

Interro-  
gatio in  
standi cau-

ciendi in Africam: ut Annibalem eō trahas. Siue igitur hic, siue illic cum Annibale est tibi futura

sa.

res: utrum ergo tandem firmior eris in Africa so-

Ep̄w̄t̄k̄ Ma-

lus: an istic tuo, collegaeq; tui exercitu cōiuncto:

τα à loco  
& copijs.

exēplo, quantū id intersit, documēto sunt? Quid,

Annibalem utrum tandem extremus angul⁹ brutij agri frustra iamdiu poscentē ab domo auxilia,

an propinqua Carthago, & tota socia Africa po-

tentiorē armis uiriscq; faciet? Quod istud consiliū

est? ibi malle decernere: ubi tuæ dimidio mino-

res copiæ sint: hostium multo maiores: q̄ ubi duo

bus exercitibus aduersus unū tot prælijs, & tā diu

turna, et graui militia fessum, pugnandum sit?

Quām cōpar consiliū tuum parentis tui consilio

A dissimi-  
li.

reputa. ille consul profectus in Hispaniam, ut Annibali ab Alpib⁹ descēdēti occurreret: & in Ita-

liam ex p̄uincia redijt. tu, cū Annibal in Italia sit relinquere Italiam paras: nō quia rei publicæ id

utile, sed qa tibi amplum & gloriosum cēses esse: sicut cū prouincia & exercitu relicto, fine lege, si

fine

## Q. F A B I I

sine S.C.duabus nauib<sup>z</sup> populi Romani impera  
tor fortunato publicam,& maiestatem imperij  
quæ tum in tuo capite periclitabantur:cō  
misisti. Ego P.Cornelium P. C.rei-  
publicæ,nobisq<sup>z</sup>, nō sibi ipsi pri-  
uatim creatum consulē exi  
stimo:exercitusq<sup>z</sup> ad cu-  
stodiā urbis, atq<sup>z</sup> Ita-  
liae scriptos esse, nō  
quos regio more  
per superbiā cō-  
sules q<sup>z</sup> terrarū  
uelint, traij-  
ciant.

Epilogus  
atq<sup>z</sup> adeo  
sententia  
Fabij,

## F I N I S.

1956.984

1956.984

1956.984  
1956.984  
1956.984

1956.984